BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVI
B
26
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# TRACTATVS IVRIDICO-POLITICVS

*DE*

# REBVSPVBLICIS TVRBIDIS

*IN TRANQVILLVM STATVM Reducendis, in eoque Conſervandis.*

AVTORE

PHILIPPO ANDREA
OLDENBURGERO,
I. C. Conſiliario Würtembergico, & Iuris Publici & Privati in Rep. Genevenſi Profeſſore.

BIBLIOTECA NAZION
MANUEL

*GENEVÆ,*
Apud SAMVELEM DE TOVRNES.

*M. DC. LXXVII.*

Digitized by Google

Digitized by Google

*Illuſtriſſimo & Generoſiſſimo*
COMITI & DOMINO

# DN. CHRISTIANO,

COMITI de RANZOVV, DOMINO de BOLLERVP, S. REGIÆ MAIESTATIS DANICÆ SACRI CVBICVLI SVPREMO PRÆFECTO, & nuper AD CHRISTIANISSIMVM REGEM LEGATO.

*Illuſtriſſimo atque Excellentiſſimo*
DOMINO
# DN. OTTONI,

LIB. BARONI de SVVERIN, DOMINO in LANDSBEG, ZACHEN & DROVVIZ, SERENISSIMI ac POTENTISSIMI ELECTORIS & MARCHIONIS BRANDEBVRGENSIS PRINCIPIS ac DOMINI DN. FRIDERICI WILHELMI, SVPREMO PRÆSIDI, SANCTIORI & FEVDORVM CONSILIARIO COLONIÆ ad SVEVVM, CAPITANEO in VRANNIENBVRG, HÆREDITARIO CAMERARIO ELECTORATVS BRANDEBVRGENSIS, & PRÆPOSITO CATHEDRALIS ECCLESIÆ BRANDEBVRGENSIS.

*Illu-*

*Illuſtriſſimo atque Excellentiſſimo*
DOMINO

# DN. HENRICO

LIB. BARONI de FRIESEN, SERENISSIMI SAXONIÆ ELECTORIS DN. IOHANNIS GEORGII II. DIRECTORI SENATUS SANCTIORIS & CAMERARIO, HÆREDI in SCHONFELDT, PUTZKAVV, KRAVPE, BRATSCHNITZ, & GESSEN.

*Illuſtriſſimo atque Excellentiſſimo*

DOMINO

# DN. FRIDER. MAXIMILIANO,

LIB. BARONI de STAIN, COMMENDATORI LVCKLVMENSI, SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI DN. RVDOLPHI AUGUSTI, DUCIS BRUNSVIC. & LÜNEBVRG &c. AVLÆ MAGISTRO.

*Illu-*

*Illuſtriſſimo atque Excellentiſſimo*
DOMINO

# DN. BERNHARDO,

LIB. BARONI de MOLTKE: SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI DN. IOHANNIS FRIDERICI, DVCIS BRVNSVIC. & LÜNEBVRG. &c. AVLÆ MARESCHALLO.

DOMINIS meis CLEMENTIBVS.



Digitized by Google

*Vt & Viris Illuſtribus, Generoſis, Magnificis & Nobiliſſimis,*

# DN. IOH. CHRISTOPHORO WEX,

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI DN. CHRISTIANI, POSTVLATI EPISCOPI MERSBVRGENSIS, DVCIS SAXONIÆ &c. SANCTIORI CONSILIARIO & CANCELLARIO.

DN.

Digitized by Google

# DN. ERNESTO LUDOVICO AVEMANNO

SERENISSIMORVM DVCVM SAXO-GOTHANORVM SANCTIORI CONSILIARIO & CANCELLARIO.



Digitized by Google

# DN. CAROLO
## von Stain/

DOMINO in Emmanßberg/ Kupperts/ Oſt- und Nordheim SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI DN. CHRISTIANI ERNESTI, MARCHIONIS BRANDEBURGENSIS in Bayreuth SANCTIORI CONSILIARIO, CANCELLARIO & DICASTERII CONSILIARIO.

DN.

Digitized by Google

DN. IOHANNI VVLTEIO,

SERENISSIMI LANDGRAVII, HASSO-CASSELLANI, DN. CAROLI I. SANCTIORI CONSILIARIO & CANCELLARIO.

DN. IOH. BALTHASARI à Gabelkoven

EQVITI STIRIO in Helffenberg/ SERENISS. DVCVM SAXO-GOTHANOR. CONSISTORII CONSILIARIO, & NOBILI SACRI CVBICVLI.

DN.

DN. ADAMO HENRICO de THANNE,

SERENISSIMÆ DUCALIS DOMUS BRUNSVIGO-LÜNEBURGENSIS LEGATIONUM CONSILIARIO.

DN. CASP. ABRAHAMO de SCHONBERG,

SERENISSIMI PRINCIPIS ANHALTINI in ZERBST CONSILIARIO, & AULÆ MAGISTRO.

DOMI-

# DOMINO NICOLAO OLDENBVRGIO,

SERENISSIMI ac POTENTISSIMI REGIS ANGLIÆ CONSILIARIO, & SOCIETATIS REGIÆ SECRETARIO.

# DN. RVDOLPHO Graven/

SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI, DN. IOHANNIS FRIDERICI, MARCHIONIS BRANDEBURGENSIS in Anſpach CONSILIARIO AVLICO.

DN.

DN. IACOBO WILHELMO FORSTERO,

SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI DN. IOHANNIS FRIDERICI, MARCHIONIS BRANDEBVRGENSIS CONSILIARIO AVLICO.

DN. SEBASTIANO FRIDERICO de Scheres,

ILLVSTRISSIMI COMITIS STOLBERGENSIS AVLÆ MAGISTRO.

DN.

DN. HIERONYMO
Bruckner/

SERENISSIMORVM DVCUM SAXO-GOTHANORVM FEVDORVM SECRETARIO.

Dominis Mecænatibus, Patronis & Fautoribus omni honore proſequendis.

*Hunc perexiguum Tractatum Hiſtorico-Politicum in humillimi obſequii teſſeram*

Dat, Dicat, Conſecrat,

PHIL. ANDREAS OLDENBVRGERVS.

DISCVRSVS

Digitized by Google

# DISCVRSVS HISTORICO-POLITICI DE REBVSPVBLICIS TVRBIDIS

*IN TRANQVILLVM STATVM Reducendis in eoq́ Conſervandis*

## MEMBRVM I.

### *De* CONCORDIA & DISCORDIA *in genere.*

OMNIVM Politicorum † ac Civiliſtarum unanimi ſuffragio atque conſenſu conſtat, ipſaque



† *Concordia in Rerump. conſervationibus neceſſaria utilis & jucunda.*

Digitized by Google

rerum argumenta à primordio mundi uſque ad noſtra tempora ſatis teſtantur, quod ad ſtabiliendam in Rebuſpublicis rectis perpetuam incolumitatem amabilis & jucunda CONCORDIA apprimè ſit utilis atque neceſſaria; id quod adeò clarum eſt, ut ne Sol quidem meridiem illuſtret clarius. Hæc Civitatibus conciliat pulchritudinem inæſtimabilem, adamantinumque pacis & publicæ tranquillitatis vinculum: Vnde Nazarius in Panegyrico *Concordiam* inſigni certè elogio *vocat fundamentum otii, bonorum civium ſeminarium, & ſegetem quietis publicæ*, quo pertinet inſcriptio Tribunalis Curiæ Patavinæ in Italia: *Conſervatio Civitatis, Vnio.*

*Et parvis dives concordia rebus*

[a] Si Belgicas confœderatas provincias in unum colligas corpus, & concordiam demſeris, manipulus hominum erit, ſi ad potentiam Gallicanam aut Hiſpanicam reſpiciamus. Unde etiam Fœderati ſententiam Salluſtii: *Concordia res parvæ creſcunt*; tam vehementer amant (& quidem

[a] *Belgæ Fœderati concordia conſervantur.*

dem propter Rationem Status: Vnanimes enim & concordes Religioni innixi libertatem conſervant, (ut ex nummi inſcriptione apud Wolffium Tom. II. Rer. Memorabil. Centenar. 16. pag. 1041. liquet) ut monetæ eam inſculpendam curent. Cardinalis Antonius Pelinot von Granfelt / Caroli V. Imperat. Cancellarii filius, quum videret quod Ordines Fœderati Belgii tanquam concordiæ ſignum faſciculum bacillorum arctè colligatorum, emblematis loco uſurparent, dixiſſe fertur: Man ſolle nur einen einigen auß der Büſchel herauß ziehen / ſo ſo würden die übrigen alle lotern und wackeln / und allgemach von ſich ſelbſt voneinander fallen referente Zinckgreffio (in Apopht. German.) [a] Similiter concordiam eſſe de Ratione Status noſtræ Germaniæ egregiè monſtrat Legatus Regis Galliæ apud *Sleidanum* (l. 14. Comm. pag. 399.) id quod Sereniſſimus ac Celſiſſimus Princeps Dn. CHRISTIANVS ERNESTVS, Marchio Brandebur-



[a] *Germania conſervatur concordia.*

genſis in Bayreut/ Princeps in tantum laudandus, in quantum intelligi virtus poteſt, palam omnibus Sacri Imperii Con-Statibus & Membris ob oculos ponere voluit, dum novum Equeſtrem Ordinem CONCORDIÆ inſtituit, de qua re pluribus videatur *Ulyſſes Brandeburgicus*, in quo tanti Herois germana intentio vivis coloribus depingitur:

*Exiguis addit vires concordia rebus*
*Et male quaſſatas fulcit & auget opes.*

[a] Hactenus per diſſenſiones Germanorum invaluere illi, qui furore eorum pro ſatellite cupiditatum ſuarum ſunt abuſi, qui ſi concordiam Germanorum noſtrorum vidiſſent, non prætextu modo armorum, ſed viribus & potentia, ut in ſicco deprehenſus piſcis, deſtituti fuiſſent; quem in ſenſum non ineleganter quidam dixit: *Concordi Germaniæ ſervitutem imponere, non eſſe rem hujus ſeculi.* Si concors hactenus fuiſſet Germania, ſi vires & conſilia junxiſſet, Turcia jamdudum funus, & ſolum in Hiſtoriâ nomen eſſet. Quin & Itali affirmant, ſibi plus timendum fore à Ger-

*Germania diſcors pericula & damna incurrit.*

Germania, ſi uniretur, quàm ab ipſo Turca, referente *Arniſæo* (l. 2. Pol. c. 2. ſect. 7. n. 18). Proinde non audienda à bonis Statiſtis Germaniæ talia conſilia, qualia habentur in Cancellariâ Anhaltinâ, ubi ad Palatinum hoc ſcriptum habetur: Salus Germaniæ beſtehet in armis; viæ facti ſein die ſicherſten. Item: Alle hoffnung muſte man uff das Fauſtrecht ſetzen. Malè ſecundum Accurſium! Rectius de Ratione Status Germaniæ judicat alius: So ihr euch untereinander beiſſet / ſehet zu das ihr nicht von einen andern verzehret werdet. Norunt quoque hoc Principes noſtri, ideoque cum Imperio periculum aliquod imminet, ſtatim fœdera invicem pangunt. Præſertim verò hodie, cum in Imperio tres ſint religiones, ſæpe diſſidia gignentes, ſedulo præcavendum, ne ob diverſas religiones animi Principum diſſolvantur. † Studium illud Concordiæ Reipublicæ Romano-Germanicæ pulcherrimè repræſentatum in Comœdia, quam anno 1650.



† *Pacifica Comœdia Noribergenſis an.* 1650.

Noribergæ (Germaniæ noſtræ ocello) quum Pax Oſnabrugo-Monaſterienſis executioni mandaretur, Cæſareus Legatus Dux Amalſitanus Regis Sueciæ Generaliſſimo, Divo Carolo Guſtavo, Comiti Palatino Rheni, poſtea Regi Sueciæ, nunc autem piè in Chriſto defuncto, cæteriſque Dn. Legatis exhibuit, de qua re videatur Theatrum Europæum, ejuſque Epitomator Gothfrid Schulzius. Quæ hactenus in genere dicta ſunt de ſalutari concordia, omnes Chriſtianas Reſpp. conſervante, ut & in ſpecie de Germania & Belgio Fœderato; eadem etiam ad Daniam, Sueciam, Angliam, Poloniam *&c.* applicari debent In ſumma; ſtudendum eſt concordiæ viribus totis, per quam res quoque minimæ convaleſcunt (*Ammian. Marcellin.* lib. 26.

*Nam melius duo defendunt retinacula navem,*
*Tutius & geminos anxia mater habet.*

(*Propert.* l.2. Eleg.) Et funiculus triplex non facile rumpitur (Eccleſiaſt. c.4. v.9. & ſeqq. c. Treugas. de Treuga & pace) De Achæis vid. *Iuſtin.* (l.34. c.1.)

II. Vti concordia res parvæ atque humiles creſcunt; ita è contrario diſcordia res magnæ in omnibus Rebuſpublicis dilabuntur; Ipſo Servatore noſtro, Deo Humaniſſimo & Homine Diviniſſimo teſte *Regnum in ſe diviſum deſolabitur.* (Matt. 12. 12. v. 25. Marc. 3. v. 24. 25. 26. Luc. 11. verſ. 17. 18.) &

*Vnio divina eſt; diviſio Dæmone nata.*

Pulcherrimè Baldus,[a] Iℂtus, olim dixit: *Partialitatem in civitate eſſe tanquam vermem in caſeo:* Sicut enim hic caſeum exedit, ipſe pingueſcit; ita ſi pars civitatis ab altera ſeceſſionem fecerit, exenterat illam & tandem opprimit (*Piccart.* ad lib. 6. Pol. Ariſtot. c. 4.) Imo civiliter impoſſibile eſt, civitatem tueri, quæ foris & domi hoſtem habet: Raro enim evenit, ut poſitis odiis in commune conſulant, ſed plerunque in diverſa tranſeunt, & occaſiones plurimas ſuggerunt inimico; unde non malè dixit Andreas Barbatia; diſcordiam in civitate eſſe portam patentem ad introducendos inimicos. (*Gregor. Richter.* Axiom. Polit. 23. memb. ult.) Id etiam

A 4 docet

a *Diſcordia eſt corruptio & ruina Rerumpublicarum*

docēt faſciculus ſtipularum Sciluri, Scopæ diſſolutæ Tullii, cauda equina per ſetas ſingulas evulſa Sertorii. Et quæ domus tam ſtabilis, quæ tam firma civitas eſt, quæ non odiis atque diſſidiis funditus poſſit everti? Quoties cives inter ſe diſcordant, hoſtes exteri redduntur ſecuri & animoſi ( vid. *Tacit.* l. 2. Ann. c. 26. §. 5. l. 2. Ann. c. 62. §. 1. l. 12. Ann. c. 29. §. 3. & c. 48. §. 2. lib. 3. Hiſt. c. 45. l. 4. Hiſt. c. 13. l. 1. Hiſt. c. 50. ) tandemque omnia, diſcordiis civilibus feſſa, ſub imperium ſuum accipiunt (*Tacit.* l. 1. Ann.) Si invicem vos morderis & comeditis, videte ne ab invicem conſumamini, ait S. Paulus ( Galat. 5. v. 15. ) idemque vaticinatus Eſaias Iſraelitis ( c. 9. v. 20. 21. ) Proverbium veriverbium eſt: *Turbatis aquis bene capiuntur anguillæ*, cum quo [a] coincidit Hiſpanorum diverbium: *Divide, & impera*; quo nullum, quoad verba brevius, & regnis exitioſius excogitatum credo. Ita Philippus Amyntas, Rex Macedoniæ, Alexandri magni pater, Græcis, bellis civilibus feſſis, jugum impoſuit Salluſtius (in Orat. 1. ad Cæ-ſarem

a *Diviſio civilis exteris parit imperium.*

farem de Republ. ordinanda ) exiſtimare ſe ſcribit, quâ tempeſtate urbi Romanæ fatum excidii adventarit, cives, cum civibus, manus conſerturos; ita defeſſos, & exſangues, Regi aut nationi prædæ futuros; id quod etiam ita contigit ( Vid. *Tacit.* l. 1. Ann.) ſed pluribus Gregor. *Richter.* Axiom. Polit. 23. memb. ult. ( ubi agit de ruinis Orientalis & Occidentalis Imperii. ) (add. *Liv.* l. 2. Hiſt. c. 44. ). Nunquam Gallos Angli, niſi ſecum diſſentientes fregerunt: Feſſarum Princeps Feſſam urbem, civili ſanguine exhauſtam, facilè ſubegit: Philippus II. Burgundiæ Dux, Bovinas ac Dinam civitates, unius tantum fluminis intervallo ſejunctas, quas nullâ ante vi ſuperare potuerat, cum ſe multis diu bellis attriviſſent, nullo ferè labore imperii ſui finibus adjecit. Regnum Angliæ factionibus rubræ & candidæ Roſæ; Italia Gibellinorum & Guelphorum partibus miſerè vexata eſt. Imperium [a] noſtrum Romano-Germanicum mutuis diſſidiis adeò laborat, lacerатur & exinanitur, ut, niſi

A 5 pio-

[a] *Imperium Romano-Germanicum per inteſtinas diſcordias atteritur.*

piorum precibus conſervetur, in ipſo Imperio propediem Imperium quærere ſit neceſſum Germaniæ noſtrę jam ab antiquo fatalis diſcordia (*Tacit.* l. 2. Ann. c. 26. §. 2. & c. 62. §. 1. l. 2. Ann. c. 44. §. 2.) Hodie verò quid dicamus? Durante bello tricennali bellorum civilium æſtu Germania adeò attrita, ut potius de ſepultura, quam de r mediis peſtilentis illius morbi cogitare ſæpius coacta ſit. Quid tu Franconia, Helvetia, Tyrolis? Cella penuaria eras. Quid Wurtembergia? Sumen eras. Quid Alſatia, Rhenenſis ditio, Palatinatus? Hortus eras. Quid Weſtphalia, Haſſia, Saxonia omnis, Bavaria, Sileſia, Thuringia, Miſnia? Horreum eras. Quid Styria, quid Auſtria? Paradiſus eras. Quid univerſa Germania? Cornucopiæ eras. Hodie verò Imperii Proceres iterum tam in contraria ſcinduntur ſtudia, ut Germania aurea tandem cuprea, marmoreumque Imperium lateritium (quod malum Trin-unus Deus clementer avertat!) ſit evaſurum

*Ad caſus Patriæ lachrymarum rore rigandos,*

*Hera-*

*Heraclite, oculi non ſatis ambo tui.*

Bredembergæ in Holſatia in porticu arcis Ranzovianæ Turca & Moſchus Principes Germaniæ ita alloquuntur:

*Ludite ſecuri, dum nos hoſtilibus armis*
*Hungaricum rapimus Sarmaticumq́ ſolum.*
*At niſi proſpicitis, quid res quid tempora poſcant,*
*Hic ludus vobis exitialis erit.*

Inſequitur dein Fecialis.

*Luditis ô Proceres, & res fera bella movetis?*
*Pace quibus debet gratius eſſe nihil.*
*Interea Turca; ſi ceſſerit Hungarus armis,*
*Et celerà Moſcho Sarmata jura petat;*
*Quid ſupereſt? proprios poſtquam ſævitis in artus,*
*Quin reliquum corpus Barbarus interimat.*
*Mittite nunc ergo ludos, conjungite vires,*
*Donec in afflicto corpore robur ineſt.*
*Inque hoc infeſtis agmen convertite telis,*
*Sic veſtra & patria gloria ſalva manet.*

Miſera noſtra Germania durante tricennali

ultimo bello ( Det Bonus Deus ut illud ſit & maneat ultimum? ) infeliciter experta, quid ſit bellum miſerum omni triumpho carens? & quomodo exteri tandem ex Allemannico corio ſibi ligulas fecerint; ut Satyricus non immeritò de Aquilâ Imperiali conqueratur:

*Fulmine qua nunquam fertur percuſſa volucris,*
*Eheu quam toto corpore trunca jacet!*
*Perdidit hac alas dudum, caudamq́ pedeſq́*
*Conceſſit Latio Pontificiq́ Caput;*
*Viſcera nunc ejus Gallus Suecuſq́ penetrant,*
*Altivola ſupereſt quid niſi nomen avi?*

Quomodo Cardinalis Richelius, Tragædia Lutetiæ Pariſiorum inſtituta, malis noſtris illuſerit, Orbemq; Germaniæ, civilibus diſcordiis feſſum, in quatuor partes diviſerit ex Theatro Europæo conſtat ( add. *Burgold.* p. 1. ad Inſtr. Pac. Diſc. 8. num. 8.

III. Vnde maximopere [a] miror nonnullos

[a] *An contentiones civium boni publici cauſa ſint fovendæ.*

nullos inter Politicos reperiri, qui cenſent contentiones & diſcordias civium publicò Reipublicæ bono inſervire, uti etiam exiſtimavit Craſſus (Vid. *Cicer.* l. 2. de orator.) & Melanthius apud *Plutarchum* (lib. de audiendis Poëtis) teſtatur Athenienſium Civitatem conſervari Oratorum diſſidiis atque turbis; quibus accedit inter Italos *Machiavellus* (lib. 1. Diſc. ad Liv. c. 3. & 4.) ubi commendat civiles diſcordias, exemplo Piſtorienſium, de quibus hoc proverbium circumferri ſolitum, *Civitatem eorum factionibus retinendam eſſe.* Adducit etiam pro ſua ſententia Machiavellus exemplum Venetorum, qui Guelficas & Gibellinas factiones in ſua urbe ſtudioſè aluerunt. Cæterum ex iis, quæ præcedenti aphor. allata, ſatis patet, quod hæc pernitioſa, opinio ſuper ova & ariſtas ambulet; inſuperque notum eſt, quod ejuſmodi prava & perverſa exempla regulam Politicam minimè faciant, quamvis inde forſitan aliquid boni eveniat: Hoc enim eſt per accidens, uti alias bonis legibus mali mores & ſcelera anſam & occaſionem præbent. Nunquam ſanè ejuſmodi

di peſtifera, & gangrenam ſecum ferentia, mala in Rebuſpublicis ferenda ſunt, ut inde eveniant, vel ſaltem ſpecie tenus, bona, myriades incommodorum ſecum in ventre quaſi geſtantia. Et quę ſecuritas eſſe poteſt, cum ardeat in tecto ignis? At quid aliud eſt factio, quàm facula ardens in tectis civitatis? Ex antedictis tamen non ſequitur moderatam diffidentiam, ſive honeſtam æmulationem, quando ſe invicem obſervant aulici, magiſtratus minores & cives; planè eſſe improbandam; utpote quum hac ratione reſpublica maximè conſervetur, & non pauci nævi emendentur. Hinc etiam Cato (teſte *Plutarch.* in ipſius vita) diſcordias in familia ſua aluit, ut ſervi ſe invicem obſervarent, atque damnum à domini fortunis averterent. Caſura certè eſſet humana ſocietas (ut loquitur Seneca) niſi invicem ſibi homines obſtarent. Talis æmulatio (inquit *Schoockius* in Tract de Seditionibus pag. 13.) rectâ via incedit, boni publici ante omnia rationem habet, & ſolius gloriæ cupiditate ducitur. Cavendum tamen, ne ejuſmodi æmulatio, haut abſque jurgiis exerceri ſolita, (Nihil

enim

enim tam pronum ad ſimultates quàm æmulatio, (ut ait Plinius in Trajan. Panegyrico) neque reipublicę, neque legibus, neque etiam virtuti gravis exiſtat. Alias verum eſt illud Velleij Paterculi; quod ſcil. æmulatio alat ingenia, naturaliterque illud, quod procedere non poteſt, recedat. Vt concludam præliminaria hujus Diſcurſus, certiſſimum eſt, civitates bene haut ſervari poſſe, niſi intercedat mutua virtutum opinio, & morum vitæque conſenſio. *Ad cœtum* (inquit *Seneca* l.2. de Ira. c.31.) *geniti ſumus: ſalva autem eſſe ſocietas niſi amore & cuſtodia partium non poteſt.* Optarem votis non fictis, ut, (juxta mentem *Auguſtini* l.2. de civit. Dei c.21.) in duobus concordia Rerumpublicarum eſſet poſita; nempe, ut in eaſdem leges homines conſentiant de rebus divinis & humanis; deinde ut communionem inter ſe publicę utilitatis habeant. Cæterum uti ſtatim poſt lapſum primorum parentum homini ex homine plurima mala orta ſunt; ita etiam hoc ipſum magis optare, quàm ſperare forſitan, pro malis temporum admodum triſtiſſimis, poſſumus. Bonus tamen

men Politicus contra adverſam fortunam ſpei nihilominus inſiſtere debet.

IV. Cum igitur pacifica tranquillitas omni felicitate Civitates beet, [a] omnibuſque bonorum gerere ditet; Romamque lateritiam marmoream reddat; E contrario verò peſtilens diſcordia, omnium malorum Lerna, ex omnibus civilibus ſocietatibus certiſſimum adferat exitium; Sapientum Reipublicæ Rectorum curæ & cogitationes in eo præcipue evigilent, ut cuncta conſilia ad pacem & concordiam civium referantur, & rempublicam à belli, cumprimis inteſtinis malis immunem conſervent. In Republicâ Romanâ quoties ſeditio ingruebat, toties Senatus in liberâ republicâ decrevit: Darent operam Conſules, ne quid reſpublica detrimenti caperet. (*Salluſt.* in Bell. Catilin. pag. 79. Edit. cum not. Varior.) Hoc autem facilius Politici præſtare atque expedire poterunt, ſi cauſas, ob quas reſpu-

blicæ

[a] *Politici id debent dare operam ut domeſticæ diſcordiæ in civitatibus evitentur.*

blicę vi interna concuti atque convelli ſolent, cognitas perſpectaſque habebunt, civilium motuum,vel antevertēdorum amoliendorum & excludendorum ; vel, ubi jam gliſcunt, ſedandorum vias & rationes probè noverint. Harum itaque cauſarum notitiam in brevi quaſi tabella ſimplici ac leni penicillo delineare atque ob oculos ponere, apud animum meum ſtatui, quod ipſum ut feliciter contingat, atque ad optabilem finem perducatur, faxit Iuſtitia noſtra IEHOVA.

V. Statim autem hic in ipſo limine notandum, damnoſa [a] mala quibus civiles hominum cætus affligi & infeſtari ſolent, eſſe vel *interna* ſive intrinſeca, quæ ex ipſis reipublicæ viſceribus oriuntur, in iiſque hærent, non ſecus ut in homine febris aut hydrops; vel *externa* ſive extrinſeca quæ extrinſecus inferuntur & ingruunt. Hęc bella externa vocamus; Illa civilia, domeſtica & interna bella, factiones,ligas,ſeditiones, conjurationes, rebelliones,tumultus quę nomina inter ſe quamvis ſint diſtincta, tamen ob ſignificationis affinita-

a *Mala civilia ſunt vel externa vel interna.*

affinitatem non rarò confunduntur.

VI. Quum vero ſeditionum civiliúmque bellorum fons & ſcaturigo ſint *Factiones*, pauca de iis præcognoſcere non erit inutile; quum haut æquum ſit, caput fontis, cum fluvio, inde ſcaturiente, confundere. Quod vim & originem vocis attinet, [a] innoxia certè eſt illius ſignificatio, factióque nihil aliud proprie eſt quàm facultas aliquid agendi (*Schoock* de Sedition. cap. 3.) quemadmodum in legibus Romanis dicitur teſtamenti factio (l. 3. D. Qui teſt. fac.poſſ. §. 6. I. de Teſtam.ordin. ex.) Et facere cum aliquo eſt convenire ac conſpirare. Hodie verò apud Politicos factionis nomen (alias medium & indifferens) odium [b] incurrit, factumque nomen illegitimæ conſociationis; Germanice vocatur Meuterey Rottierung. *Factio & factioſus initio honeſta vocabula erant: Modò autem nomine factionis ſeditio & arma vocantur*, ait *Feſtus*, id quod etiam aliis nominibus per ſe innoxiis accidit v. g. Tyranni, magi &c. Memmius apud

a *Factionis etymologia.* b *Factionis nomen hodie odioſum.*

apud Salluſtium ait: *Hac inter bonos amicitia, inter malos factio eſt.* Eſt [a] autem Factio juxta *Lipſium* (l. 6. Pol. c. 3.) paucorum aut plurium inter ſe coitio & cum aliis diſſenſus. Sive juxta Dn. Schoockium Cætus hominum ratione regiminis & adminiſtrationis reipublicæ à ſe invicem diſſentientium, atque eo nomine civiles diſcordias foventium. Ita v.g. quando nobilitas [b] dignitatem in ſuperbiam; populus libertatem in libidinem vertit, & quiſque ſibi ducit; trahit, accipit, capit, rapit; omnia in duas partes abſtrahuntur, & Reſpublica, quæ media fuit, dilaceratur, ac partibus, diſſenſionibus atque diſcordiis conficitur. Hinc [c] factioſi ſunt homines plerunque ignaviſſimi, inertiſſimi, vitioſi, audaces, egeni, linguæ feroces, qui in odium bonorum atque proborum conſpirant, qui adverſus ſanguinem innocentium conclamant, quique ſtimulis inopiæ atque malorum morum rempublicam perturbant.

VII. Oriun-

a *Quid ſit Factio.* b *Factionis* ὑποτύπωσις.
c *Factioſorum indoles.*

VII. Oriuntur autem ſæpe ejuſmodi factiones à privatis aut publicis [a] familiarum odiis; ſæpius à turgida ambitione, dum quiſque præire nec parem perferre vult; ſæpiſſimè ab injuriis hinc inde illatis. Aſſerit. *Schoockius* (cap. 4. de ſedit. pag. 32.) quod non ſit invenire vel oppidulum, imò pagum, in quo factiones non poſſint notari. Hæ inſuper non minus penetrat in Principum aulas & Conſilia, [b] quàm ipſos cætus Eccleſiaſticos, ut cernere & in tribus Religionum in Imperio conceſſarum Miniſteriis, Lutheranis, Reformatis & Romano-Catholicis. Apud Piſtorienſes inter pręcipuas familias Cancellariorum familia olim numerabatur; Accidit ergo forte fortuna, ut Lereus, Dn. Guilielmi, atque Gerius, Dn. Bertacii filius ambo ejuſdem familiæ, [c] inter ludendum, ad jurgia evenirent atque ad pugnam, in quâ Gerius à Loreo vulnus accepit leviuſculum. Diſplicuit ea res patri Guilielmo; & filio injunxit, ut à propinquo

quo

a *Vnde oriantur factiones.* b *Factionibus omnes Reſp. laborant.* c *Origo Albarum & Nigrarum Florentiæ partium.*

quo Bertaccio culpam deprecaretur. Loreus, patri obſequens illum acceſſit, qui tamen humanitate illâ exulceratus, flecti non potuit; quin per miniſtros Loreum comprehendi, atque majoris ignominiæ cauſa, manum ipſi ad præſepe detruncari juſſit, inquiens: Redito ad patrem tuum illique dicito vulnera ferro, non verbis ſanari. Hinc origo *Albarum* & *Nigrarum* Florentiæ partium, & atrox inde civile bellum exortum, de quo vid. *Machiavell.* (lib. 2. Hiſt. Florent. pag. 81. 82.

VIII. Plerunque autem in Civitatibus & Rebuſpp. duæ occurrunt factiones. Ita v. g. in Republica Polyarchica mixta ex Ariſtocratia & Democratia Optimatum [a] & plebis occurrunt factiones. Quum enim nobiles plerunque ſuperbè imperitare plebeiis velint, quæ conſuetudo perverſa natura illorum eſt altera, hi verò minimè obedire ament; hinc quaſi naturales inter illos ſemper exercentur inimicitiæ, quibus agitantur & fluctuant Rerumpublicarum naves, idque propterea in tranquillo portu diu conſiſtere

nequeunt.

a *Optimatum & Plebis factiones.*

nequeunt. *Ex horum diverſitate humorum, omnes res cæteras, quæ publicum alioquin ſtatum corrumpunt, nutriri animam vertimus* ait *Machiavell.* lib. 3. Hiſt. Florent.) Sæpè plebs Romana aut dominandi ſtudio permota, aut ſuperbia magiſtratuum armata à Patribus ſeceſſit ait *Salluſtius* (de Bell. Catilin. cap. 33.) Ex Hiſtoriâ Romana Livii, Dionyſii Hallicarnaſſæi, Flori *&c.* notæ ſunt plebis contentiones cum Decemviris; Tribunorum plebis diſſidia cum Patribus conſcriptis; Marii & Syllæ certamina, Pompeii & Cæſaris ambitio, quę Rempublicam ita peſſumdedit, ut diſcordantis patrię non aliud eſſet remedium, quàm ut ab uno regeretur. [b] Eandem imaginem Reipublicę Romanę etiam in Græcia cernimus apud Athenienſes (vid. *Cornel. Nepos* in Phocion. *Plutarch.* in vita Solonis & Periclis) Spartanos (*Plutarch.* in vit. Lycurgi) Mileſios (*Plutarch.* in Problemat. *Athenæus* l. 12. *Strabo* lib. 14.) Carthaginenſes (*Liv.* lib. 21. *Appian.* in lib. de Bello Punico.) Vt Chriſtiani Orbis Europæi Factionum exempla

b *Factionum exempla.*

exempla attingam horriſona atque infauſta [c] Guelphorum & Gibellinorum nomina Italiam atque Germaniam noſtram in duas traxerunt partes, cum A. C. 1245. Fridericus II. Imp. in Concilio Lugdunenſi excommunicatus, contra Innocentium IV. Papam arma ſumeret. Qui tum Pontifici adhærebant, dicebantur *Guelphi*, qui Cæſari *Gibellini*, cujus tamen appellationis origo cœpit ſub Conrado III. cognomento Suevo (qui nutritus erat in Sueviȩ pago Waiblingen ſive, ut Itali pronunciarunt *Guaiblin*, unde Guibellini) contra quem Guelphus Italica auxilia in aciem eduxerat, (vid. *Naucler.* Generat. 42.) [d] Aurelianȩ & Burgundiȩ familiarum, factiones, quàm fœda & diuturna incendia excitarunt! quibus Gallia 60. & amplius annis arſit, donec Burgundicæ Domus ruina reſtinguerentur. Origo ejus ita ſe habet: Ludovicus Dux Aurelianus, Caroli VI. Regis Galliȩ frater unicus pro ſymbolo iſtam vocem uſurpabat, ex aleæ luſu ſumptam, *Mitto*; Dux Burgundiȩ Ioannes

c *Guelphi & Gibellini.*
d *Aurelianenſis & Burgundica factio.*

nes ſuum quoque adſumpſit ; *Accipio*: Regis fratrem æmulatus, & ei parem ſe gerens, cum diviciis etiam eſſet ſuperior. Ex tam parvo initio pugnantium ſymbolorum, quæ lancearum ſuarum ſupparis & verſicoloribus ſagis militum inſcribebant, velut ex ſcintilla tantum incendium ortum eſt ; tantum animorum certamen, ut Dux Burgundiæ Aurelianum Ducem, quovis modo interficere decreverit, quod etiam eſt exſecutus. Aureliani Ducis filii, cùm, ut in ejus facinoris noxios animadverteretur, obtinere nō poſſent, armis eam injuriam ulciſci ſtatuunt. Altera parte Ioannes copias colligit, & ita propter duarum illuſtrium familiarum certamina Gallia in duas diſceſſit partes. Poſtea Ioannes apud Montarellum ad Sequanę & Yonæ confluentes fœdè interemptus eſt; quam patris necem Philippus filius ulciſcens, fœdere cum Anglis inito eos in Galliam adduxit, cujus tertiam prope partem occuparunt. Tandem inter illum & Carolum VII. pax compoſita. Philippi autem filius Carolus Galliæ Regi diffidens ob avita & fraterna odia, Ludovicum XI.

adoriri

adoriri conatus eſt. Sed ille Carolo longè ſolertior, tot adverſus eum hoſtes undique excitavit, ut Burgundica domus oppreſſa mole corruerit (vid. *Comina.* Galliç Polybius, lib. 6. de Rebus geſt. Ludovici XI. *Innocent. Gentilet.* in Anti-Machiavell. lib. 3. pag. 773. & ſeqq. *Ioann. Tilius* in Chronic. Gall. *Marchantius* libro 3. Hiſt. Franciæ) qui initia hujus factionis reſpiciens addit: [d] Vtinam ut in ludo pilę alter candidè *miſiſſet*, alter commodè *accepiſſet*; neque luſus pilæ rotundę in luctum pili acuti cruentiſſimè tranſiiſſet. Hæc ille. Ex hac peſtifera factione propullulavit alia totum Chriſtianum Orbem adhuc in mille Mæandros ſcindens, nempe *Hiſpanica* & *contra Hiſpanica* ſive *Gallica*, quæ ſuperiori ſeculo occaſione Reformationis Religioſæ vires acquiſivit maximas, Imperiumque [e] in *Proteſtantes* & *Romano-Catholicos* diviſit, ac tandem hoc ſeculo tricennale bellum excitavit, quo durante audivimus [f] *Vnionis* & *Ligæ* barbara & infauſta no-



d *Hiſpanienſes & Anti-Hiſpanienſes.* e *Proteſtantes & Romano-Catholici.* f *Unioniſtę & Legiſtæ.*

mina (vid *Burgoldenſ.* p. 1. ad Inſtr. Pac. Diſc. 1. *Epitome Rerum Germanicarum* Petri Pappi, & *Hornius* de Bello Germanico.) Nunquam Romę Cæſar, Florentiæ Medicæi dominationem arripuiſſent, niſi æmulorum injuriis provecti. Guſtavo Adolpho Regi Suecię quoque belli Germanici inter alias cauſa fuit, armis Cæſareis adjutus Sigiſmundus Polonię Rex, ac niſi Vnioniſtę minuendę potentię Auſtriacę inauſpicata arma ſumpſiſſent, Ferdinandus II. Imp. Pragâ & Regno, quo per injuriam exutus fuerat, recuperato contentus, bellum in Germaniam nunquam convertiſſet ( vid. Prudentiſſimus Germanię Politicorum Illuſtris [a] D.*Chriſtophorus Forſtnerus* in Epiſtolis pag. 137. cujus aureę Epiſtolę, quamvis contra ipſius voluntatem lucem adſpexerint publicam, tamen civilis prudentię Practicę pleniſſimę ab omnibus legi merentur.) Vti noſtra Germania non fuit immunis à factionibus; ita etiam Anglia idem malum Politicum fuit experta in duabus nobiliſſimis

a *Forſtneri Epiſtolæ. Ejus judicium de cauſa belli tricennalis.*

biliſſimis familiis Eboracenſi & Lancaſtrẽſi ſub nominibus [f] *Alba & Rubra Roſa*, quia roſa alba unius, & rubra alterius familię inſigne fuit. Occaſionem his factionibus dedit, quod Eduardus Wallię Princeps, Henrici I. Regis filius ſecundogenitus, fratrem primogenitum Edmundum Lancaſtrium, quod deformis fuit, à ſucceſſione Regni excluſerit. ( vid. *Polydor Virgil.* lib. 16. Hiſt. Angl. ) Ortę ſunt factiones iſtę poſt an. 1272. & durarunt uſque ad Henricum VII. Regem, qui per matrimonii emplaſtrum vulnus iſtud toti Anglię lethale penitus curavit; Vnde Iacobus VI. Rex aureis nummis hoc lemma inſcribi curavit: *Henricus Roſas*; *Regna Iacobus*, ſcil. conjunxit. Neque porro Belgium à factionum contagione expers fuit: Ita Hollandiam circa an. 1350. Hamati ſive [g] *Houcii*, & Aſellini ſeu *Cabellavii* vehementer inſtar peſtis afflixerunt. Hoc malum ortum ex diſſidio de poſſeſſione Hollandię Wilhelmi V. Bavari & matris illius Margarethæ, Ludovici Imp. viduæ: Nobiles Cabeliavici filii; Nobiles verò



f *Alba & Rubra Roſa.* g *Hockii & Cabellavii.*

Houcii matris ſequebantur partes. Eſt autem *Houc* linguâ Hollandicâ hamus, *Cabeliau* piſcis aſellus. Factioſi illi ſe invicem pileis diſtinxerunt; Cabeliavici ſtulto & inſano habitu candidos; Houcii verò rubros geſtarunt (vid. *Mejerus* lib. 13. Ann. Flandr.) Miſeri iſti homines, aſellis brutis ſimiles, ſibi invicem pileos eripiebant, cujus capitellum cum in ſignum victoriæ ſoliti eſſent exſcindere, hepar ſe exſcidiſſe jactarunt, utentes verbis Hollandicis: Ick hebbe hem de lever vytgeſneden / ut refert Dn. *Schoock*. (d. Tract. pag. 42.) De Schiringorum & Vetkoperorum noxiis factionibus latè agit *Vbbo Emmius* (in Tract. de Civitate Groningâ, & in libro 14. Hiſtorię Friſicę.) Inauſpicata, infauſta, barbara & pudenda iſta nomina factioſa univerſam Friſiam, libertatis amantiſſimam, cladibus attriverunt, atque ſub jugum tandem miſerunt. Et quidem quod mirabile, nobiles utriuſque partis cum [h] otioſis Monachis in cœnobiis, opibus prævalidis (verbi gratia Claro camp / Floridocamp Lidlum-

fœdus

h *Monachi & Ieſuitæ Rebuſp. noxii.*

fœdus icerunt, ut ita eò facilius vulgus ignobile in diverſas traheretur partes. Vt vel hinc appareat nullum animatum inſtrumentum ad reſpublicas evertendas eſſe aptius, quam ſervos Clericalis conditionis, qui luxum & ſegne otium, Diaboli pulvinar, ſequuntur, & præcipuè hodie eos, qui Ieſuitę dici & videri, quàm eſſe malunt. Peſtilens illud hominum genus, Pap-Imperium Anti-Chriſtianum hodie (proh dolor!) adhuc fulcit, cum ingenti totius orbis Chriſtiani detrimento. Sed dabit Deus his quoque finem & funem! Quantas porrò tragœdias in Geldria circa A. C. 1350. excitarint [i] *Heeckerani* & *Bronckhorſtiani* pluribus exponit *Pontanus* (lib. 7. Hiſtor. Geldricæ.) Diſſidii prima occaſio inde orta, quod Reinhaldus Dux Geldrię Hекeranos eveheret, & in deliciis haberet; Eduardum autem Reinhaldi Fratrem (qui conqueſtus, quod ſibi in rerum ac ditionum diviſione minus ſatisfactum eſſet) Bronckhorſtiani ſequerentur. Hinc vicini vicinos, cognati cognatos mutuis conflictibus ac proditionibus ſeſe



i *Heckerani & Bronckhorſtiani.*

perdere volupe duxerunt, devaſtatis ubiq; ac deſolatis villis, municipiis ac civitatibus. Etiam hodie in Civitatibus Belgii, quę regimine Ariſtocratico-Democratico gaudent, Optimates nonnulli, avaritiâ excœcati, ſuos tantum aliis, ſatis capacibus præferre ſtudent, † unde reliqui, Oligarchicos ejuſmodi proſequentes, odio, plus quàm Vatiniano incenſi, in contraria ſtudia ſcinduntur, & , ſi plebs quoque prætextu privilegiorum violatorum in partes venit, & inſolenter ſe gerit, tumultus & ſeditiones oriuntur, ut noviſſimè Groningæ ann. 1652. 1662. evenit, Schulenburgio, Groningenſi Senatore, oleum camino addente, plebemque contra Magiſtratum inflammante, de quo negotio acta typis publicè emiſſa ſat ſatis abunde loquuntur. Quomodo orto hodierno Bello Gallo-Hollandico res ſit geſta, rerum gnari norunt, & conqueſtus haut ita pridem aliquis eſt; ſuaviſſima pariter atque gratiſſima Poma - Aurantia Candidis & Magnis in Batavia Hominibus haut arridere. De Grooten Witten dogen niet. Mentem illius dicti alii in

† *Cauſæ quare in Belgio non raro tumultus contingant.*

dagent atque rimentur. Sed ut hæc miſſa faciamus, notandum hic eſt; nullam extare Rempublicam, quæ factionum incommodis adeo fuerit agitata, quàm Florentina, quę primum à Guelphis & Gibellinis, dein ab Albiziis & Ricciis, Bondelmontiis & Vbertis, Donatis atque Cerchiis, Medicæis & Paziis, ita diviſa fuit, ut tandem non aliud fuerit Politicum remedium, quàm ut ab uno regeretur [ vid. *Machiavell.* lib. 3. 7. & 8. Hiſtor. Florent.] Quanta mala Regno Gallię tempore Henrici III. Regis Galiię intulerit *Sancta Liga* (En Antichriſtianę potentis factionis ſpeciem!) Guiſiorum, ex Hiſtoriis patet. Tantùm de Factionibus.

IX. [k] Quamvis porrò ex factionibus oriri ſoleant tumultus (Germ. Aufflauff) indeque ſeditiones; tamen hæc tria mala civilia non ſunt inſeparabilia: Interdum enim tumultus exiſtunt abſque factionibus. Egregium exemplum tumultus vid. *Actor.* cap. 19. *Tumultus* [juxta Servium ad lib. 8. Æneid.] inde dictus putatur, quaſi ti-



k *Poſſunt exiſtere tumultus & ſeditiones haut præviis factionibus.*

ſi timor multus; [i] *& nihil aliud eſt, quam cum hominum multitudo pavore aliquo repentino perculſa agitatur, & veluti in turbam confluens fluctuat.* Vnde Proverbium Politicum: *Turba mota tandem fit turbo*; tumultuſque via proxima eſt ad ſeditionem. Multitudo enim ſemper nimium aut odit aut amat; & uti anſa anſam in catenis, ſic tumultus tumultum, ſeditionem ſeditio ſequi ſolet. Simulac frequentiſſima in Civitate furor aliquis nonnullorum animos invaſit, paulo momento propagatur, & dira contagione velut voluntates vinciens, deinde rapidi inſtar amnis effuſi, quicquid oppoſueris facilè tranſcendit, poſtremo non niſi die ipsâ in antiquum alveum & directum iter, id eſt, in priſcam diſciplinam, & ad civile vitæ inſtitutum efferatam multitudinem vocaveris. Vt adeò populi commoti tumultus eleganter cum apibus comparari poſſit, quas cum contingit commoveri

*Tum ſonus auditur gravior, tractimq́ ſuſurrant:*



i *Tumultus etymologia & deſcriptio.*

*Frigidus ut quondam ſylvis immurmurat Auſter*
*Ut mare ſollicitum ſtridet refluentibus undis,*
*Æſtuat ut clauſis rapidus fornacibus ignis.*

Superiori ſeculo an. 1525. noſtra Germania (proh dolor!) ejuſmodi ſævum atque crudelem adſpexit tumultum in Sueviâ & vicinis Germaniæ locis, cujus autor fuit impius miniſter Eccleſiæ *Thomas Munzerus*, cujus collega improbus *Pfiferus* dictus, qui ruſticos, adverſus nobiles exaſperatos, coadunarunt, hoc prætextu, quaſi Evangelii doctrinam tueri & ſervitutem à ſe profligare vellent. Ita ſemper ſceleri obtenditur religio, quæ hac ratione (quamvis per accidens) multorum malorum Politicorum cauſa exiſtit. Scelerati illi ruſtici in vexillis ſuis tum temporis pinxerunt rotam, unde ſeditionis autores adhuc appellare ſolemus **Die rechte Rädtlinsführer** (vid pluri b. *Sleidan.* lib. 4. Comm. & *Zeiller.* Epiſt. 35.) Ex ejuſmodi tumultibus & plebis concur-

ſibus facilè cum perveniatur ad ſeditiones, idcò pluribus de his in ſequentibus agemus.

X. Hactenus vidimus quid ſint Factiones & Tumultus; nunc etiam videndum [a] quid ſit bellum civile, rebellio, & ipſa Seditio, de qua principaliter agemus. *Bellum civile* nihil aliud quam arma ſubditorum in Principem aut quemlibet ſupremum magiſtratum mota, aut inter ſe. *Rebellio* verò eſt, quando illi, qui Principi aut Reipublicæ alicui ſubjecti ſunt, obſequii fidelitatem exuunt, aut armis devicti bellum contra victorem redintegrant. Quamvis autem ſeditioſi ut plurimum ſint rebelles; Rebelles tamen ſtatim non ſunt ſeditioſi: Rebellis & conjuratus unus quoque cenſeri poteſt; Seditio verò ſemper magnum vel contra Principem, aut inter ſe numerum complectitur. Ipſa autem *Seditio* in laxiore ſignificatione à nobis accepta eſt concitatæ multitudinis impetus vel diſſenſio ſubditorum, cum diſcordante populo itur ad arma; atque ita Reipublicæ tranquillitas perturbatur. De-

a *Quid ſit civile bellum, rebellio & ſeditio.*

Depingit eam ſingulari charactere *Virgilius* l. 1. Æneid.

> *Ac ſæpe magno in populo quum ſæpe coorta eſt*
> *Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus;*
> *Iamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.*

Ex hactenus dictis apparet, factiones poſſe exiſtere in Repub. ſine tumultu; & ſeditiones abſq; factionibus: Nihilominus tamen [b] ex factionibus & tumultibus nonnunquam naſcuntur & proveniunt ſeditiones, quæ matres ſunt bellorum civilium, & cives cum civibus, propinquos cum propinquis, provincias cum provinciis committunt. A ſeditione differt etiam *Conjuratio* ſive *Conſpiratio*: Non ſemper enim ſeditioſi pariter conſpirant, ſed tum demum quando aut ſtatum Reip. pervertere, aut moderatores illius è medio tollere nituntur (*Schoock* de Sedition. cap. 8.) Keckermannus ſeditionem definit per ſubitum ſubditorum motum; ſed minus rectè: Non enim ut terræ vapores oculis conſpi-



[b] *Seditionis motus non ſemper eſt ſubitus.*

ci ante non poſſunt, quàm in nubes fuerint condenſati; ſic ſeditiones antequam ſint, non apparent. (vid. *Franciſc. Bacon. de Verulamio* in Sermon. Fidelib. cap. 15.) Longo nonnunquam temporis tractu opus eſt, ut ſeditiones inchoentur ac perficiantur, habentque ſeditiones ſua principia, & incrementa, quibus Principes ac Magiſtratus obſtare atque obviam ire debent. Interim tamen hoc largimur KECKERMANNO, quod interdum (non tamen ſemper) ſeditiones etiam citò ac ſubitò oriri ſoleant. Keckermannus porro definit ſeditionem per motum ſubditorum violentum;[m] quod etiam non ſemper eſt verum, quando ſcilicet populus vel plebs ſine vi armorum, ſed tantum minis quædam à magiſtratu poſtulat. Porrò non ſolùm ſeditio eſt cum ſubditi contra Principem aut Magiſtratum inſurgunt, ſed etiam tunc exiſtit, quando inter populum ſubjectum & cives diſcordantes non ſatis convenit. [n] Neque domi tantum, ſed & foris aut in exercitu tam terreſtri quàm navali ſeditiones.

m *Seditio interdum contingit ſine armis.*
n *Seditiones aliæ ſunt domeſticæ aliæ forenſes.*

nes oriri poſſunt, de quibus vid. *Tacit.* l. 1. Ann. c. 25. l. 1. Hiſt. c. 51. l. 2. Hiſt. c. 6. Illas urbanas & domeſticas; has verò forenſes & caſtrenſes vocare poſſumus. ° Quamvis autem nonnulli Politici in ea opinione deprehendantur, quaſi quædam ſeditiones ſint juſtæ (quod non diſplicet *Ciceroni* l. 2. de Oratore, ubi Antonius oſtendere nititur diſcordiam à C. Norbano excitatam non eſſe injuſtam) tamen ego cum Keckermanno & aliis aſſero, ſeditiones ordinariè eſſe præter jus & pium fas; quamquam neceſſitatis articulum extremum excipiam, & quando in Rebuſp. mixtis Procerum libertas jura & privilegia violantur atq; atteruntur: Sed eo in caſu non eſt vera ſeditio, ſed juſta defenſio.

XI. ᵖ *Solent* autem *ſeditioſi primum coire in publicum aliquem locum* v. g. forum, templa, cœmiteria *&c.* ubi, quò major eſt frequentia, tanto magis ſingulorum animi creſcunt. ᵠ *Deinde à turbidis & ſeditioſis eligitur Dux*, qui inſtar capitis eſt, quo remoto & vitam & mentem amittit

o *An ſeditiones quædam juſtæ ſint?* p *Quo ordine ſeditiones oriantur ac progrediantur.* q *Seditioſorum Ducis electio.*

amittit populus concitatus. Primum iſtud mobile pertrahit turbam veluti ſtellas minimas, ſine vi reluctante. Dux enim dicitur quod gregem ducat, qui ſine illius induſtria vel dilaberetur, vel ſiniſtrè vires explicaret ad perniciem; adeò ut ipſe tanquam anima in ſingulis membris, cunctorum lacertos, animóſque regat. Facilè autem motis rebus ejuſmodi dux reperitur (*Tacit.* l. 1. Ann. c. 57.) Ni ann. 1617. Comes Turrianus Bohemis adfuiſſet, nunquam tale in Cæſarianos Miniſtros admiſiſſent facinus, ut judicat Autor Epitomes Rer. Germanicarum (pag. 8.) cujus nomen eſt Petrus Pappus Conſtantienſis Cathedralis Eccleſiæ Decanus. Solet autem plebs, contra ſuperiores ſuos tumultuans, interdum viles homines, Terrę filios ac Gigantum fraterculos, ſibi deligere Duces, ut patet noviſſimè ex Neapolitana ſeditione, cujus Dux Thomas Aniellus, fuit piſcator. *Duce à conſpirante plebe electo primus impetus ſolet effundi adverſus Rectores Reipublicæ*, eorumque miniſtros aulicos & militares; dein divitum ædes expilari ac prædæ atque rapinæ exponi

ſolent

ſolent (*Tacit.* l. 2. Hiſt. c. 84.) ac tandem non amicus ab amico tutus; imo ſacra profanis miſcentur. (*Tacit.* lib. 2. Hiſt. 56.) ac quadrata rotundis mutantur: Omnia ſunt miſera in bellis civilibus: Sed miſerius nihil quàm ipſa victoria (*Cicer.* l. 4. ad Famil. Epiſt. 9.) Nihil itaque civili bello pejus, in quo victos ſequitur miſeria, victores impietas.

*Vſq; adeò miſerum eſt, civili vincere bello.*

De calamitatibus tricennalis belli civilis Germaniæ legatur Theatrum Europæum & alia hac de re in lucem emiſſa ſcripta.

XII. Proximũ nunc eſt, ut jam de fontib. ſive cauſis civilium diſcordiarum agamus, quibus cognitis, illi, qui cum imperio ſunt, facilius tranquillitatem in reſpublicâ conſervare, aut, ſi illa turbetur, reducere poſſunt. [a] Scientia enim civilium malorum, tutiſſima evitandi eorum via eſt, facileque eſt flammam extinguere, ſi, qua ex parte emicare poſſint ſcintillæ, & incendium excitare cognitum perſpectúmque habeamus. [b] Generalis eaque præcipua cauſa atque

a *De cauſis civilium diſcordiarum.* b *Generalis cauſa diſcordiarum domeſticarum.*

que ſcaturigo diſcordiarum civilium Innumerabilis multitudo delictorum humani generis poſt lapſum Adami & Evæ. Peccata enim cum homines ſejungant à Deo, eoſdem etiam inter ſe dividunt, vinculúmque unionis diſſolvunt ( Vid. *Iob*. 12. v. 18. Iudic. 9. v. 23. 24.) indeque homini ex homine plurima ſunt mala, dum alter alteri eſt lupus & veluti incarnatus Diabolus. Homines cum poſt lapſum exiſtant Dei oſores [Rom. 1. v. 30.] etiam ſubditi Vicariorum ac Vice-Deorum, id eſt, [a] Magiſtratuum imperantium oſores exiſtunt, ut adeò ratione ſui ingenii vulgus mobile, infidum, & imperitum valde ſit pronum ad turbandam publicam Rerumpp. Pacem atque tranquillitatem. Omnis multitudo, & maximè militaris, mobili impetu fertur [ *Curt*. l. 9. c. 4. ] ac nullum profundum mare, vaſtum fretum & procelloſum tantos ciet fluctus, quantos multitudo motus habet. [*Curt*. l. 10. c. 7.] Plebs ſine conſilio præceps ruit, torrenti fluminis ſimilis; [ *Herodot*. l. 3. Hiſt. c. 81.

a *Subditi poſt lapſum Adami ad diſcordias civiles atque ſeditiones proni*.

c. 81. Lycaones primum adorarunt S. Paulum Apoſtolum & Barnabam tanquam Deos, deinde lapidarunt Paulum tanquam malum Dæmonem [*Act.* 14. v. 11. 12. 19. c. 28. v. 3. & ſeqq. ] Apud Florentinos Georgius Scalius cum triennium integrum, plebis autoritate fultus tyrannidem in Republicâ exercuiſſet, unâ actione, quâ ſontem & facinoroſum quendam ſupplicio per vim eripuit, & plebis gratiam & caput amiſit; docuitque exitio ſuo, auram popularem minino quovis momento, ut acquirere, ſic etiam amittere haut difficile eſſe. [*Machiavell.* l. 3. Hiſtor. Florent. pag. 167. ] In ſumma vulgares homines, imperantibus parentes, judicio & uſu rationis carentes, incompoſiti, perfidi, iracundi, inſtabiles, invidi, fallaces, affectibus turbidi, novarum rerum cupidi; ut non ſit mirandum in Rebuſpp. tot civiles ſæpenumero oriri diſcordias, cum turbæ circumforaneæ animi tot turbines rotent atque agitent. Hinc uti humores in corpore humano quoque diſſentiunt; ita in corpore Reip. materiali, quoad diverſos ſtatus & conditiones hominum v. g. nobilium

bilium & plebis, ſemper odium occultum obſervare licet, quod non rarò in civiles motus aperte degenerat. Imò & inter nobiles ipſos antiquioris & recentioris ſtemmatis exiſtunt ſimultates. Hujus Politici Corporis humores contrarii inter nobiles & plebejos, & illorum inter ſeſe, ſi nimium augeantur atque corrumpantur, morbus tandem ſe prodit interdum ita vehemens & deſperatus, ut neque Æſculapius neque Hippocrates aliquis Politicus medicinam adhibere queant.

XIII. Secundus generalis [a] Seditionum fomes & fons poſt hominum delicta, eſt *Error*, ſive perſuaſio injuſta, ex eo nata, quod homines jus diſtinguere neſciant. (Vid. *Ariſt.* l. 5. Pol. c. 1.) Vt & *levitas*. Error ſcilicet parturit errores, (Mißverſtändnißen) indeque ſequuntur contumaces animorum impreſſiones (Galli vocant *opiniatretés*) quæ tandem, occaſione ſeſe oſtendente, quâ datâ porta turbas, tumultus, ac diſcordias civiles excitant; præſertim in magnis civitatibus, in quibus diverſi generis homines, velut in ſentinam, con-

[a] *Error & levibus ſeditionibus anſam dat.*

confluunt; ut adeo nulla reſpublica magis ſeditionibus ſit obnoxia, quàm Democratica,[a] aut ex hac tanquam potiore & Ariſtocratica mixta, cujus cauſa eſt nimia exlex licentia, quàm cum imperantes tum parentes ſibi ſumunt. Adeò verum eſt illud; Libertiniſmum in Sacris & Profanis Rerumpublicarum exiſtere terribilem mortem. De Gaudavenſibus vid. *Cominaeus* (l. 2. Comment.) quibus Dn. Schookius quoque accenſet Vltrajectinos, Leodienſes & Dordrectinos, qui ob levem ſæpe cauſam excitarunt Reipublicæ pernitioſos tumultus; unde etiam vulgarem rythmum Belgicum adjungit (l. 1. de Sedition. c. 11. in fine:)

Die te Gent is gebohren;
En t'Utrecht licht te Scholen;
En te Luyck leert ſyn Wals;
Is een Muytmaker vor ſyn Hals;
En koomt hy dan noch Wat te fort,
Soo moocht hy anſprecken die van Dort.

Alias

[a] *Reſpp. Democraticæ, & ad Democratiam propendentes maximè ſeditionibus ſunt obnoxiæ.*

Aliàs, Politici notant quatuor urbes, in quibus crebri extiterunt tumultus & ſeditiones; Lutetiam Pariſiorum, Pictaviam, Leodium & Gandavum.

XIV. Naſcuntur autem turbæ & civiles diſcordię vel ex vitio, imperantium, vel parentium, vel utraque pars rea eſt, dum'

-----*Intra muros peccatur & extra.*

Sunt autem graviores & frequentiores rebellandi cauſæ [a] ex parte rectorum ſive imperantium ſequentes; & quidem prima ac potiſſima *Principum & Magiſtratum crudelitas*, ſive impotens ſervaque dominatio, cujus jugum ſubditi abominantur, [b] excutiunt, repellunt, & ſe vel in libertatem vindicant, vel Reges à regni ſolio deponunt, ( *dethroniſiren* moderni Politici Germani vocant ) Deo hoc modo ſævitiam puniente [ Iob 12. v. 18. ] Graviſſima hæc crudelitas, quæ cervices hominum papaverum capitibus ſimiles eſſe putat, ruinam regnis parat, ut ſæpe horæ momentum interſit, inter ſolium & aliena

a *Seditionum cauſæ ex parte imperantium.* b *Prima eſt crudelitas.*

na genua. Chriſtiernus Daniæ Rex cum impotenter regeret, an. 1523. captus & in carcerem conjectus, in eo tandem poſt 27. annorum captivitatem vitam finiit: Eandem ob cauſam an. 1568. Ericus Rex Suециæ de throno regno depoſitus, & in carcere, poſtea mortuus. Neronem ſua immanitas cervicibus publicis depulit. (*Tacit.* l. 1. Hiſt. c. 16.) De immani crudelitate Iohannis Baſilidis Moſcoviæ Ducis vid. *Adam Olear.* L. 2. Itinerarii Rutheno-Perſici c. 11. pag. 123. & ſeqq. & lib. 3. c. 11. Inter 30. tyrannos Athenis Theramenes à collegis cicuta ſublatus eſt, quod in addictos cives mitius ſæviret. Tantum ſcelus eſt inter nocentes eſſe innoxium. Tiberius belua luto & ſanguine macerata, de quo notus verſiculus:

*Faſtidit vinum, quia jam ſitit iſte cruorem,*
*Tam bibit hunc avidè, quàm bibit ante merum.*

Lentis ſuppliciis in reos graſſari ſolitus, ut ſentirent ſe mori, & ne voluptatem torquendi perderet, neve miſeri pœnas morte lucrarentur. Sed qualem exitum tandem habuit? (Vid. *Sueton.* in ejus vita.) Caligula

gula, armatus furioſus, anno quarto imperii dicam an furoris? cæſus, & qui populum Rom. uno ictu confectum optaverat, triginta periit. Nero matricida, fratrem, uxores, Præceptorem Senecam crudeliter necavit; primam perſecutionem in Chriſtianos ſuſcepit. Cæterum illud humani generis apoſtema tandem ſe ipſum confodit. Victima orbi debita, quem omni flagitiorum genere inquinaverat; poſtremo vitæ actu gladiator, nullum alium parem præter ſe nactus. Domitianus fratricida, ſuorum peremptor, lues graſſans in curia, tandem confoſſus in palatio. Credo homines pro muſcis habuit, quos nullo delectu paſſim interemit. § Crudeliſſimus tyrannus Valerianus tandem [a] incurvatus præbuit humeros inſcendenti equum Sapori, in caveâ ferrea beluę inſtar circumlatus, verè quadrupes dum ſe incurvabat, & fortunæ monſtrum ex Imperatore ſuppedaneum, detractâ cute tandem fœde laniatus. Galerius tyrannus, Chriſtianorum acerbiſſimus tortor, atrocitate morum ter-

ribilis

[a] *Crudelitas tyrannorum morte punitur, id quod exemplis illuſtratur.*

ribilis, vere Armentarius, & quaſi regeret tauros non homines ſtoliditate forti conſpicuus, phtiriaſi correptus dolorum impatientiâ interiit. Maxentius, alieni cruoris prodigus, parcus ſui, à Conſtantino ad pontem Milvium victus, in limi profundum merſus animam fœdam luto tradidit. Valens à Gothis in caſa ruſticâ, flammis ſubjectis, crematus, ut cujus furore arſiſſet Oriens, ejuſdem flammis reſtingueretur incendium. Michael Porphyrogenitus, cum ſuos colluſores per ludibrium manu, naſo oculo vel capite mulctaret, imò quendam remigem, indutum purpura dixiſſet Cæſarem, ſtrueretque inſidias Baſilio Macedoni, antevertens Baſilius ſemiſomnem percuſſorem ferro objecit; tam ludicris ineptum, quàm feriis, qui vel joco ſerviret. Hiſpanorum immanis crudelitas in Indos, & Albani Ducis in Belgas, quos fructus protulit? Adeo verum eſt illud: *Violenta nemo imperia continuit diu*; magiſque acerba quàm diuturna exiſtunt. Et quidni defenſio vitæ humanæ, quâ nihil eſt carius in ejuſmodi caſu

caſu eſſet licita & favorabilis. De Mezentio, Tyrrhenorum Rege ita apud *Virgilium* (l.8. Æneid.)

*Quid memorem infandas cædes, quid facta Tyranni*
*Efferam?*
*----feſſi tandem cives infanda furentem*
*Armati circumſiſtunt, ipſumq́ domumq́*
*Obtruncant ſocios, ignem ad faſtigia jactant.*

Ac verum eſt illud *Iuvenalis*

*Ad generum Cereris ſine cæde & ſanguine pauci*
*Perveniunt Reges & ſicca morte tyranni.*

Quando autem deliberato animi conſilio crudelitas tyrannorum coercetur, motus domeſtici, & inteſtinæ couvulſiones, & bella civilia non rarò oriri ſolent. De Iulii Cæſaris cæde vid. *Flor.* lib. 4. De Bello Hiſpano-Belgico legatur Famianus Strada, Grotius, Meteranus & alii.

XV. [a] Altera civilium diſcordiarum cauſa priori longè frequentior, eſt *Imperantium avaritia* (Vid. *Ariſt.* l.5. Pol. c.3.) dum

a *Imperantium avaritia eſt cauſa tumultus & ſeditionis.*

dum ſubditos omni ſubſtantia fortunaque evacuant, & nimium emungunt. Res & bona (aiunt noſtri Icti) ſunt ſecundus hominum ſanguis, & animæ vehiculum, ſine quo vita ſuſtineri nequit; ita etiam homines ſi videant bonis ſe privari atque exui, ægerrimè hoc ferunt, & ad ea, quæ plus quam civilia ſunt, animos atque conſilia conferunt, deſperatione & juſtâ indignatione eò adacti, &, ſi occaſionem, fronte capillatam, nanciſcantur. Sanè durante liberâ Romana Republica, pleræque ſeditiones ob avaritiam nobilium ſunt exortę; unde & Tribuni plebis introducti, ut contra fœneratorum injurias adeſſent infirmioribus: Hinc etiam leges agrariæ latæ, ne populus tot gentium victor, orbíſque poſſeſſor inopia contabeſceret, nobilitas verò latifundia poſſideret. Prudenter ſane ſcribit *Cicero* [ lib.2. de Offic. ] *Caput eſt in omni procuratione negotii, & muneris publici, ut avaritiæ pellatur etiam minima ſuſpicio. Vtinam, inquit (Pontius Samnis, ad illa tempora me fortuna reſervaſſet, & tum eſſem natus, quando Romani dona accipere cœpiſſent: non eſſem paſſus diutius eos impe-*

*rare*. Ægrè etiam fert plebs, ſi videat peſtilens peculatus crimen, quando bona publica, quę in communem Reipubl. utilitatem converti debebant, in privatos uſus inſumuntur. O utinam tam Monarchici, quàm Polyarchici Imperantes hodie in illud crimen, ferè quotidianum, ſeverius & acrius animadverterent! tum enim res fiſci & ærarii omnium Rerumpublicarum in florentiſſimum rurſus converterentur ſtatū. Exempla in Germania & Belgio ſunt odioſa. Quando an. 1408. Lubecæ ærarium eſſet exhauſtum, novaque onera intenderentur; plebs interim videret, eos eſſe in bene auctâ parte, qui munerib. publicis præerant; quantus tumultus inde fuerit exortus exponit *Cranzius* [lib. 10. Vandaliæ ad an. 1408.] Exacerbatur etiam plebs, & ad ſeditiones fertur, ſi grande æs alienum ſe inſcia, contrahatur, & nihilominus quotidiana onera exigantur. Quænam ſeditio inde an. 1509. Erfurti ſit exorta, annotat *Ioan. Pomarius* [in Chronic. Saxon. ad illum annum.] de Burdegalenſibus vid. *Sleidan.* [l. 21. Comm. pag. 648. De Gandarenſibus vid. *Froſſard.* [lib. 2. Hiſt.] &

*Cluver.*

*Cluver.* [in Epit. Hiſt. pag. 589.] De Monſpelienſibus Abraham *Golnitz* [ in Vlyſſe Gallo-Belg. pag. 514. 515.] Principes Germaniæ, quod inſurrexerint adverſus Ferdinandum II. hanc cauſam præcipuam habuere, magnitudinem tributorum, & hibernantium militum injurias. Quid an. 1640. Luſitani feliciter, Catalaunii verò infeliciter adverſus Regem Hiſpaniæ tentarint, extat in Theatro Europæo, & continuatione epitomes Hiſtoriarum Ioannis *Cluveri* [lib. 12. pag. 831. ] Notabilis autem omnium maxime eſt ob gravitatem tributorum exorta an. 1646. ſeditio Neapolitana, de quâ peculiaris libellus Batavicâ lingua editus, fuſeque omnia in dicto Theatro Europæo enarrantur. Adolphus *Brachelius* breviter hac de re ita: Poſtquam tributa Neapoli lapſu temporis, ut fit, intemperanter aucta accedente importunitate exactorum gravia eſſe cæperunt, & anno 1645. pro novo Regio donativo novum vectigal imponi cœpit, in poma atque olera ſimileſque hortenſes fructus, querelę multitudinis liberius erupere. Donec an. 1646. nihil ceſſan-

tibus publicis querimoniis, repertus eſt homo abjectus atque ex infima plebe, qui ſe liberatorem patrię profiteretur, & negotium abrogandorum vectigalium in ſe ſuſciperet., 515. fuit Thom. Agnellus (Maſaniellum vulgo extracto nomine vocabant) juvenis audax & temerarius, qui vili officio in foro piſcario fungebatur; ſed lingua promptus vitæque contemptor, adeoq; concitandis ſeditionibus perquam idoneus. Accidit autem per illos dies, ut Maſaniellus piſces, quos ad forum venales deportabat, juſſu Prędecti rerum forenſium auferrentur, propterea quod tributum de iis ſolvere recuſaret. Ille de eo apud cives queſtus eſt, & ſępe jactavit ſe propediem effecturum, ut vectrgalia omnia tollerentur. Igitur die 7. Iunij, quæ fuit Dominica, prodit in forum cum parva manu puerorum, cui ſe identidem alii atque alii è plebe adjungebant. Orta ibidem rixa inter eos, qui poma ex vicinis pagis venalia deportabant, & miniſtros vectigalium, adeò ut præfectus fori Andreas Anaclerius ad comprimendum tumultum accurreret. Ille aliquantum multitudini adfatus,

verſatus, tandem jactu pomorũ aliorumq; fructuum, è foro propellitur; abítque inde ad Pro-Regem Ducem de Arcos de plebis inſolentia conqueſturus. Cumulatur interea multitudo non in forum modò, ſed in compita etiam atque angiportus, eratque una omnium vox, remiſſior primò, dein conſenſu ſingulorum alacrior atque audacior, ut vectigalia abrogarentur. Maſaniellus in menſam conſurgens ſe populo ducem offert, & tandem etiam accipitur. Primum itaque domunculas omnes & tabernas, in quibus vectigalia pendi conſueverant ſubjecto igne incendit. Deinde adit Pro-Regem ipſum, atque abrogationem vectigalium expoſuit, oſtentatâ vi, niſi poſtulatis ſuis ſatisfaceret. Pro-Rex quum fruſtra blando ſermone animos furentium placare niteretur, tum quidem impetum multitudinis, quæ ad 50000. excrevit, projectis aliquot aureis nummis, devitavit. Poſtero die alterum tantum in armis apparuit, rurſuſque Maſaniellus Dictator creatus eſt. Hic igitur, quum omnes præſto in armis eſſent, pretium ac modum pani cæteriſque eduliis conſtituit; & porro

omnes ædiculas per ſuburbia ac reliquam civitatem, ubi vectigalia ſolvebantur, exurit. Inde ad domos eorum, qui vectigalibus præerant, tendit, eorúmque bona in publicum perlata, igne cremat. Mirificam auctoritatem hic Dux & auctor ſibi apud indomitum vulgus ex eo peperit Vid. Brachel. lib. 6. Hiſt. noſtr. temp. p. 444. Maſaniellus porrò edixerat, ne quid eduliorum in caſtellum, in quo Pro-Rex erat, importaretur. In tanta igitur rerum perturbatione Cardinalis Philomarini urbis Archiepiſcopus, expoſito per omnes Eccleſias ubique venerabili Sacramento univerſales preces indicens, Maſaniellum impensè orat, ut res ad quietem deduceretur. Annuit ille, ſi omnia vectigalia, quæ poſt Ferdinandum Regem & Carolum V. Cæſ. irrepſiſſent, abrogarentur; eaque quæ hactenus per tumultum acta ſunt, condonarentur. Erant preces armatę; ideoque non tantùm obtinuit, quod voluit, verum Maſaniello promiſſum etiam menſtruum donarium 200. coronatorum, quod tamen ille recuſavit. Pace perfecta Maſaniellus ab Archiepiſcopo ad

Pro-

Pro-Regem deducitur. Ibi, omnibus corroboratis ad populum regreſſus, quæ acta fuerant, pronunciat; ſimulque ut modeſtè ac pacificè inter ſe agerent, ſevere edicit: Arma, autem retineri voluit, donec ab aula Hiſpanicâ, eorum, quæ acta fuiſſent, confirmatio adveniſſet. Maſaniellus tamen poſtea re, ut putabat, egregiè perfecta, in delirium actus eſt. Cum autem homo delirus imperium non deponeret, ſed multa etiam præpoſtere, ac ſuperiorum dierum edictis contraria juberet, apud ſuoſmet in odium venit, atque à 4. nobilibus hac occaſione in tempore uſis, interficitur. Caput à Lanione cultro abſectum, & oblongę perticę impoſitum, reliquus truncus à ſcurris aliquot per publicas plateas palam tractus, diu ſpectaculo fuit. Hunc exitum habuit Maſaniellus decimo poſt die quam rebellionem ceptaverat; repente ex imo ad ſummum favore vulgi elatus, & mox eadem levitate è ſummo in miſerabile exitium dejectus Rex ſeſqui hebdomadarius. Mortuo Maſaniello Nobilitas, quæ hactenus à plebe oppreſſa erat, reſpiravit, atque animos reſumens, utpote ad quos ma-

gna portio publicorum vectigalium pertineret, adibant Pro-Regem, ſuóſque clientes & familiares concitabant. Ita res paulatim in civile bellum converſa eſt dum diviſis inter ſe partibus plebs urbem, Pro-Rex cum nobilitate arcem ac portum tuetur. Populo quum Dux deeſſet tandem ſubvenit è Gallia Dux Guiſius; itaque diu partes ſuas adverſus Pro. Regem defendit. Cæterum ſubeunte paulatim belli tædio, amor & obſequium erga Regem rediit. Data venia pœnitentibus, receptique in gratiam nomine Regis à Ioanne Auſtriaco ad quietem ſe compoſuere. Dux Guiſius deprehenſus è fuga in poteſtatem Hiſpanorum pervenit. Brachel. l. 6. Hiſt. noſtr. temp. p. 447. Vid. eandem hiſtoriam fuſius & eiſdem ferè verbis ap. Autor Continuat. Epit. Cluer. p. 856. 857. Maſaniellus ille prædictus crudelis admodum fuit: Siquidem occiſi ſunt non modò omnium vectigalium exactores, plerique ex miniſtris Regis Hiſpaniarum, verum etiam fratri Ducis Matalonię à lanione impune cultro caput pręciſum fuit; pręterea multę Baſilicę & Palatia cum omni ſuppellectili in cineres

cineres redacta fuerunt. Cauſę illius furoris ſunt (1) quod populus diu duriter fuit habitus à Proregibus (2) Suſpicio aderat, quod hoc agant Hiſpani, ut Neapolitanos omnibus privilegiis exuerent, & inpoſterum illis ut mancipiis imperarent. Vt adeò veriſſimum ſit: *Qui nimium elicit ſubditorum ſecundum ſanguinem, turbat & corrumpit eorum ſanguinem primum* Eine ſolche Politiſche Blut reinigung laufft endlich uff ein Blutbad hinaus Ludovicus Sfortia miſſo ad Genuenſes Legato, qui magnam pecunię vim vim ab eis exigeret, eoque prandio ab aliquo urbis optimate opipare excepto, fors tulit, ut ab accubatione epulari in hortis ambularet, & animadversâ herbâ illâ, quę Baſilicus dicitur, ad Legatum inquit: Domine herbam hanc leviter tracta & olfac; cui morem gerens Legatus, ſuaveolentem herbam deprehendit. Cui rurſum convivator: Herbam manu jam preme, & odorare: cui & tunc acquieſcens odorem admodum injucundum, & inſuavem eo afflati profeſſus eſt. Tum rurſus nobilis Le-

gato : Domine, inquit, Si Dux Ludovicus molli ſuæ potentiæ manu urbem hanc tractet, lætam & obſequentem inveniet; Sin illam fortiter premat, ingratum rebellionis & impatientiæ odorem haut dubiè percipiet, ut ex Guicciardino refert *Ioh. à Chokier*, Lipſii diſcipulus [ l. 2. Theſaur. Polit. aphor. c. 10. pag. 93. ) Batto, Dalmatarum Dux, interroganti Tiberio Imp. cur ab Imperio receſſiſſent? Reſpondit: *Quia ad greges veſtros non canes paſtoreſve, ſed lupos mittitis.* ( *Dio Caſſ.* lib. 55. Hiſt. ) Eadem de cauſa Galli ( Vid. *Tacit.* l. 3. Ann. c. 40.) & Iudæi, (vid. *Flav. Ioſeph.* l. 17. antiqu. Iudaic. c. 13.) contra Romanos tumultus excitarunt. De Friſiis vid. *Tacit.* ( l. 4. Ann. c. 72.) Quid peperit *Veſperas Siculas* niſi principalis cauſa, nempe avaritia Gallorum? (Vid. *Leon. Aretin.* l. 3. Hiſtor. Florent.) Cum ſub Carolo VI. Rege Galliæ rerum venalium viceſima indicta eſſet, Pariſiis plebs id propterea magnas turbas excitavit, quæ in tantum exarſerunt, ut inermis plebs dejectis foribus arma telaque corripuerit, multóſque ex ejuſmodi tributi exactoribus plumbeis

malleis

malleis confecerit (*Paul. Æmil.*l.9.Hiſt.) Gotricus ſive Gothofridus Daniæ Rex cum Friſios oppreſsâ libertate ſub miſerrimum jugum redegiſſet, ædificium, cujus longitudo erat 240. pedum ſtruxit; ad cujus caput (verba ſunt *Vbbonis Emmii* lib. 5. Hiſt. Friſ.) Quæſtor, cum tributum pendendum erat, conſidebat: Ad finem verò clypeus concavus ex ære locatus, in quem ſinguli nummum conjiciebant, cujus cadentis ſonum ſi Quæſtor ex longo intervallo exaudiret, in ſolutum cedebat: Sin minus, regio quidem fiſco ille accreſcebat; ſed ille, qui jecerat alium atque alium majoris ponderis eodem conjicere cogebatur, donec tinnitus Quæſtoris aures feriret. Sed quis inde fructus? Hic ſcil. quod Friſii tandem armis arreptis Danorum preſidia finibus ſuis ejecerint. Indictio decimi nummi in omnes res venales, Belgas etiam adverſus, Regem Hiſpaniæ Philippum II. ipſiúſque Pro-Regem Albanum concitavit. Vid. *Famian. Strada*, Belgii Tacitus, lib. 7. de Bello Belgico.) Hodie plerorumque Comitiorum & Conventuum Provincialium ſumma eſt: *Pe-*

*cunia*, *Pecunia*; Vbi tamen in conſilio habenda aurea mediocritas, ne quis impingat contra Reip. ſalutâres limites, & ſcopus ſcopulus lapiſq; offenſionis exiſtat.

X. Quantæ turbę porro [a] exiſtere ſæpenumero ſoleant ex annonâ vel arctiore vel cariore ſi Dardanarii publici illam flagellare incipiant, vid. Dn. *Schoock*. (l. 1. de Sedit. c. 25. pag. 244. & ſeqq.) In ejuſmodi turbulento rerum articulo, quum venter careat auribus (ut Porcius Cato apud Plutarchum ait) quadrata rotundis mutantur; cujus rei inſigne exemplum, quod an. 1565. Neapoli accidit, refert Illuſtris *Thuanus* (lib. 82. Hiſt.) Præerat tum temporis annonę Vincentius Staraces, qui (ſunt verba Thuani) ſive quod ex publica egeſtate privatum emolumentum captare crederetur, ſive, quod Proregi addictior eſſet, plebi inviſus, à furente plebe in conventum ad S. Auguſtini violenter tranſlatus eſt, ex quo cum ope amicorum in templum, atque inde in ſacellum quoddam cancellis erreis vallatum ſe incluſiſſet, atque hinc n cryptam, ſacello ſubjectam, ſe clam demiſiſſet,

a *Tumultus & ſeditiones ex caritate annonæ.*

miſiſſet, fugæ ſparsâ famâ, plebs in ſacellum clatris ac valvis refractis fecit impetum, atque ex cryptâ Staraces à ſeditioſis extractus, innumeriſque ictibus confoſſus, membratim diſcerptus, & per totam urbem traductus, multique particulam aut fruſtum laniati cadaveris domum retulerunt. Videantur plura apud Thuanum.

XVI.[a] *Tertia fax ſeditionum* & turbarum civilium *eſt Injuſtitia*, Lerna omnium malorum, paritque diverſitas juris in eadem republicâ diſcordiam civilem. Injuſtitia Appii Decemviri & illegitimus ejus adverſus Virginii filiam proceſſus, Romæ ipſum Decemviratum, exortâ in populo ſeditione, ſuſtulit. (Iulius Cæſar Romanæ Monarchiæ fundator, nunquam majus periculum adiit, quàm cum judex inter Cleopatram fratremque ejus lectus, indulgens amori Reginæ, iniquam ſententiam contra fratrem tuliſſet. Iniqua ſententia in cauſa Hildesheim contra Braunſwig & aliæ ſimiles quantas tragœdias in Imperio excitarunt: ut jam de aliis iniquis rebus judicatis nihil addam.

Volat-

a *Injuſtitia cauſa ſeditionis.*

Volatterani atrocem injuriam interpretati ſunt, quod Florentini in lite, quæ Civitati cum privatis de aluminis fodinis, in agro Volatterano repertis, intercedebat, contra Civitatem pronunciaviſſent. Accioli Florentini contra Coſmum Medicæum conſpirarunt, quod in cauſa, quæ ipſis cum Alexandro Barda erat, pro Barda ſententiam tulerat. (*Machiavell.* l. 7. Hiſt. Florent.) Conſimilem ob cauſam Pazzii contra Laurentium Medicæum & fratres conſpirarunt (*Machiav.* l. 8. Hiſt. Flor.) Princeps Arauſionenſis contra Carolum Burgundiæ Ducem (*Comine.* lib. 7. Com.) Injuſta porro honorum in Republica collatio non raro ſeditionum turbarum civilium cauſa exiſtere ſolet. Quid durante liberâ Republicâ Romæ plebem magis contra Patritios commovit, quam quod hi ad gubernacula Regiminis civilis admoverentur, illa verò negligeretur. Quum anno 1662. Schulenburgius Groningæ ſeditionem concitaſſet, plebs contra Senatum etiam hoc gravamen movit; daß eines ehrlichen Armen Mannes ſohn

micht

nicht das geringſte Amt bekommen konte/ wen es nicht zwor erkauffet. Conjurator Catilina apud Salluſtium ſocios ſuos ita inter alia excitat. *Bonos nobiles atque ignobiles vulgus eſſe, ſine gratia ſine auctoritate; apud paucos potentes honores, divitias eſſe: Nobis verò* (ait) *reliquerunt repulſas, egeſtatem* &c. *Quæ quouſque tandem patiemini fortiſſimi viri?*

XVII. [b] *Quarta fax ſeditionum eſt contumelia* ſive injuria, qua parentes ſive ſubditi afficiuntur à ſuperbis & elato ſupercilio præditis imperantibus (vid. *Ariſt.* l. 5. Pol. c. 10.) Sanè qui generoſo animo ſunt præditi, & quibus adhuc aliquid ſalit ſub ſiniſtrâ mammillâ, contumeliam ſtomacho ſuo concoquere nequeunt; aculeum illa habet, quo non ſolum acres & ſtrenui, ſed etiam lenes, irritantur, imò eſt veluti Equus Trojanus, ex quo ſeditiones ac conjurationes exeunt, ac proficiſcuntur. Ita Helvetii propter libidinoſam inſolentiam cujuſdam præfecti, qui ruſtici uxorem ad ſtuprum in balneum evocaverat, occiſo per maritum inibi præfecto,

jugum

b *Contumelia cauſa ſeditionis.*

jugum Auſtriacæ dominationis excuſſere, & nobilitate ſublata Democraticam libertatem introduxerunt. Aliàs ex *Simlero* (l. 1. de Repub. Helvet.) conſtat Wilhelmum Tellium, Helvetiorum Brutum, maximè offenſum fuiſſe, quod inſolens præfectus Auſtriacorum Principum Altorffi in foro pileum prælongæ perticæ impoſuiſſet, ac omnes juſſiſſet nudato capite, flexiſque genubus, honorem illum pileo exhibere, quo ſe præſentem afficere conſueverant. Belgæ anno 1566 ſupplicantes Margarithæ Parmenſi à Barlamontio appellati ſunt Geûſii ſive Mendicantes. Sed Geûſii illi brevi facti ditiſſimi potentiſſimum Hiſpaniarum Regem ad incitas tandem redegerunt. Vulgares ſunt rythmi de Fœdere Helvetico, Bernenſi armamentario etiam inſcripti:

Da Demuth weint und Hochmacht lacht
Da ward der Schweitzer Bund gemacht.

Narſes Eunuchus qui clementer ac piè Italiæ præfuit, Longobardos in Italiam duxit,

duxit, provocatus contumeliâ fœminæ Sophiæ, Iuſtini II. Imp. uxoris, quæ revocari eum ab Italiæ procuratione curaverat, additâ hac voce: Daturum ſe illi convenientius in aulâ munus, nimirum ut lanas carpat, & telam inter fœminas texat. Quam contumeliam his verbis excepit: *Rectè*, inquit, *& ego telam contexam, quam nec ipſa nec vilis ejus maritus, qui à fœminâ regitur, retexere poſſint*, idque, vocatis in Italiam Longobardis, egregiè præſtitit. (Vid. *Sigon.* de Imperio Orient.) Franciſcus Rex Galliæ ludebat aliquando cum Carolo Borbonio pilâ minori, ac ludentibus adſtabat deſuper *Madame d'Eſtampes* concubina Regis, quæ ut Regi gratificaretur, perpetuis ſannis Borbonium excipiebat, quarum impatiens generoſi Principis animus libidines ſcorto objectabat, &, uti compeſceret linguam, hortabatur. Rex injuriam, ut interpretabatur, amaſiæ ſuæ factam, colapho Principi impacto vindicavit. Borbonius, plenus juſtiſſimi furoris, patriâ ſtatim exceſſit, horſtique Franciſci Carolo V. Imp. ſeſe junxit, & in eas anguſtias Regem compulit, è quibus, quam-

quamdiu vixit, explicare ſe nunquam potuit. En aliud exemplum! Chorum commeſſationis Erffurdiæ aliquando agitavit Hermannus Comes in curiâ Wimarienſi, quæ illic erat. Accidit autem fortè fortunâ, ut eodem tempore Landgravius Thuringiæ Ludovicus Erffurdiam tranſiret. Hunc ubi per feneſtram proſpiciens Hermannus vidit, ſine ornatu & comitatu magno incedentem, ignominiosè clamavit; Vade, inquiens, *Friiſch*, quorſum *Fritz*? His verbis exarſit, Landgravius ita, ut juraret ſibi mortem acerbam eſſe futuram, niſi Comitem illum eò adduxiſſet, ut ipſum appellare Dominum cogeretur. Mox Erffurdienſes ſibi junxit ſocios: comes verò Wimarienſis Suarzburgicum Comitem adjutorem adſcivit. Factus eſt illico impetus in Comitatum Wimarienſem, & occupati ſunt à Landgravio & Erffurdienſibus aliquot pagi, alia direpta vaſtataque ſunt multa. Et cum dein Comes Wimarienſis & Suarzburgius Erffurdiam invaderent, ibi prælio commiſſo, Wimarienſis & Svvarzburgius capiuntur, & in urbem ducuntur: Victor inhunc modum Landgravius,

vius, adacti ſunt Comites de Wimariâ Landgravio tradere omnem ditionem, arces & urbes, eâ conditione, ut poſt mortem ipſorum illas occuparet. ( Vid. *Dreſſer.* de Vrbib. German. voc. *Wimaria.* ) Adeò contumeliæ homini illatæ ſolent irritare indignationem. Gallorum in Siciliâ injuſtè occupatâ libido an. 1282. Veſperis Siculis nomen dedit ( Vid. *Thom. Fazellus* Decad. 2. Hiſt. Sic. lib.9. c.1.) Hiſpaniam Mauris ſubjecit effrenis Roderici Regis libido, qui Iuliani Tingitani filiam contumeliâ affecerat, & propterea Marmolinum Sarracenum in Hiſpanias evocarat. ( Vid. *Vaſæus* in Chronic. Reg. Hiſpan. Vnius itaque intemperantia primum ſeditionem, deinde bellum ac ſervitutem multorum ſeculorum nobiliſſimis regnis attulit. Sexti Tarquinii ſtuprum, Lucretiæ illatum, juſtâ ultione Reges Româ expulit. Otto ultimus Meraniæ Dux (Territorium ejus inter Miſniam, Thuringiam & Franconiam olim fuit ſitum ) cum adulterium commiſiſſet cum aulæ Magiſtri, cujus nomen Hager/ vxore, à marito an. 1248. inter-

interfectus, familiaque hac ratione cum illo extincta. Querela miſera illius Ducis extat adhuc in veteri cantilena:

Ach lieber Hager laß mich leben!
Ich weill dir Nordeck und Nieſten geben/
Blaſſenburg das newe/
Es ſoll dir nicht gerewen.

Carolus Burgundus Nonis Ian. An. 1477. cæſus ad Nanceium proditione Nicolai Campobaſſæi Neapolitani, qui à Carolo colapho aliquando percuſſus fuerat, cujus contumeliæ vindictam in id tempus diſtulerat. Groninga urbs an. 1406. à Saxonibus obſidebatur; & jam eo anguſtiarum ob commeatuum inopiam devenerat, ut non multum abeſſe deditio videretur. Sed oppidani, Saxonum contumeliis exaſperati, adultima quæque animos obfirmarunt. Victus Drachſtorpius, Saxonum Dux, oppidanis, ſi quos deprehenderat, poſt verbera & cæteras injurias aures amputabat, ſtigmata, inurebat, vultus turpabat, mulierculis veſtem imam cum induſio ſupra nates: præſcindebat, atque ita remit-

remittebat in urbem. Aliquando intercepto homine pauperculo, famis cauſa ex urbe egreſſo, uxore comitante, & vinculis conſtricto, cum ob inopiam ſe redimere non poſſet, tandem Viti juſſu ſtigmatis mulieris genæ ſignatæ, viro præciſæ aures, & pro emblemate ejus pileo affixæ: tum haleces duæ fruſtellúmque panis & ſalis modicum ad pectus ſuſpenſa. Ita ornatus, manibus ad tergum revinctis, in ludibrium remiſſus in urbem, & Conſulibus hæc munera à Vito ferre juſſus eſt. Quæ cum videret populus, fremere, deteſtari ſævitiam hominum, omnia potius ferenda, & in ferrum ruendum, quàm ſævæ ac barbaræ gentis imperium ſubeundum. Nec multò poſt ſe ſuaq; odio Saxonum & neceſſitate coacti Edſardo Comiti dediderũt, qui illato in urbem præſidio atque commeatu, ſolvere obſidionem Saxones coëgit. (Vid. *Vbb. Emmius* lib. 42. Hiſtor. Friſ.) Ex his exemplis patet, quod Reges & Principes alto ſupercilio ſupra ſubjectos ſeſe extollere non debeant, id quod conceptis verbis prohibet Deus *Deuter.* c. 17. *Ne elevetur cor ſuper fratres ſuos.*

XVIII. Fax

XVIII. Fax quinta ſeditionis eſt *Innovatio Religioſa*, [a] contra Sacram Scripturam in Chriſtiano Orbe ſuſcepta. Etenim novis opinionibus, noviſque ſacrorum ritibus, à Papis præter pium fas (ante aliquot ſecula juxta Verbi Divini normam atque trutinam rurſus à Waldenſibus, Wickleviſtis, Huſſitis, Lutheranis & Reformatis oppugnatis) indictis, adhuc hodie Chriſtian[illegible] Regna atque Civitates in partes ſcinduntur. Veriſſimũ certè eſt illud Fam: Stradæ: *Quoties mota eſt ſacra religionis anchora, toties fluctuavit Reip. navis* (lib. 2. de Bell. Belg.) Quantæ vero turbæ motuſque inteſtini occaſione Reformationis Religioſæ in Germania, Gallia, Anglia, Hungariâ, Poloniâ, Belgio extiterint, Thuanus totius Europæ Livius, Sleidanus, Chytræus, & alii exponunt. (add. *Burgoldenſ.* part. 1. ad Inſtrum. Pac. Diſc. 1. in tot.) Diſcordię autem ejuſmodi Eccleſiaſticæ in totum Papiſequis ſunt imputandæ, utpote quum Proteſtantes, digito Dei præeunte, rem optimam maximam, imo jure divino probatiſſimam ſuſceperint ac feli-

a *Innovatio in rebus religionis parit diſcordias civiles.*

feliciter ( Deo laus! ) peregerint. Sic in æternum manet, manſit, manebitque Verbum Domini, nec portæ inferorum adverſus illud prævalebunt. De Hæreſi & Schiſmate diſcordias in Eccleſiâ excitante vid. *Schoock* ( l. 1. de Sedition. c. 42.) Neutiquam vero inde inferendum, quaſi ſimpliciter omnis mutatio & Reformatio religioſa nunquam ſit ſuſcipienda. Sequendi enim ſunt majores, etiam in rebus cultum Divinum concernentibus, ſi recto itinere præceſſerunt. Si non recto, melior via inveſtiganda, Hinc omnes pii zelotæ, & præcipuè Megalander & Theander noſter Lutherus, rectè fecerunt, quod vetus Pontificium fermentum, religioni Chriſtianæ immixtum, rurſus, annuente Deo, expurgarint; noſtraſque partes optimè defendit incomparabilis Dn. *Conringius* in Præfat. ad Caſſandri & Wicelii Controv. ſacr. pag. 14. & ſeqq., qui pag. 49. egregium Caramuelis Abbatis teſtimonium de Lutheranis Auguſtæ Vindelicorum exhibitum adducit. [ Nimirum hic Caramuel patriâ Hiſpanus, dignitate Abbas, ita ſcribit in opere, quo Pacis Germaniæ pararium egit adver-

adverſus cervicoſos zelotas, de Prodromo Pacis licitæ. n. 150. *Auguſta vel digito diſtingues Lutheranum à Catholicis tantam illi oculorum & habitus modeſtiam præ ſe ferunt, ut ſtatim prodantur. Annon tota hæc modeſtia eſt prava hypocriſis? Sic multi dicunt; Sed ego non credo.* Vid. plurib. Burgoldenſis ad Inſtr. Pac.

XIX. Inprimis autem Principes & Magiſtratus Lynceos oculos in Sacrorum antiſtites immodeſtos dirigere debent, ne Demagogi exiſtant, & ambitione, quæ plerunque ſacrum genus vexat, turbas in republica dent. [a] Religionis enim prætextu ſacri ejuſmodi myſtæ rebus Politicis ſeſe immiſcere, lævâ templum dextra palatium tenere, & alterum pedem in ſacris roſtris alterum in curia ponere ſolent.

*Quicquid agit mundus monachus vult eſſe ſecundus.*

Quam graves Phariſæi Iudęorum Regibus fuerint, videre eſt apud *Ioſephum* [l. 13. Antiquit. Iudaic. c. 23. 24.] In Chriſtiana Eccleſia innumerabilia occurrunt exempla, inter quæ notabiliora ſunt ſequentia: Cyrillus

a *Sacrorum antiſtites ambitioſi turbas in rep. dant.*

Cyrillus, Epiſcopus Alexandrinus, qui præter Cleri dominatum, etiam rerum ſecularium principatum arripuit, teſte *Socrate* [lib. 7. Hiſt. Eccl. cap. 7.] qui etiam [cap. 11.] de Epiſcopatu Romano notat, quod extra ſacerdotii fines egreſſus, ad ſecularem principatum fuerit delapſus. Omnes Papæ, oſores pacis & tranquillitatis civilis exiſtunt. Sixti IV. ingenium Martium depingitur hoc epitaphio:

*Dic unde, Alecto, pax iſta refulſit, & unde*
*Tam ſubito reticent prælia? Sixtus obit.*

*Machiavellus* [lib. 1. Hiſt. Florent. in fin.] verè ediſſerit: Papam Rom. uſque ad Theodoricum Gothorum Regem nullam habuiſſe temporalem juriſdictionem, quam diſcordiis Græcorum & Lombardorum, Italorum anathematis, indulgentiis, crucis publicatione, aliiſque artibus arripuerit. Hinc hodie Antichriſtus ille *de facto* [ut loquuntur] eſt Epiſcopus univerſalis, quem totus orbis Papalis ſuſpicit; quo

D præ-

a *Papalis ambitio & ſtudium diſcordiarum depingitur.*

præſente Principes, quantumvis magni, decreſcunt, & fiunt ſecundi aut ulteriores: Eſt ſuper omnes, & poteſt omnia; Eſt dominus dominantium: Eſt nemini hominum ad actionum rationes obſtrictus, ipſe omnium judex: Nemini facit reverentiam; ſed ipſe ad exquiſitiſſimas ceremoniarum formulas honorandus & colendus eſt: Reges & Principes ad pedum oſculum admittit: Reges facit & eis imperat. Ejus calamus eſt toto orbe vectigal opulentiſſimum ex 130 Archiepiſcopatibus, & mille ſeptem & decem Epiſcopatibus infinitas percipit divitias. O ſcelus! O peſtis! O Chriſtianæ Eccleſiæ labes! Certe Religionis Chriſtianæ, quàm Papa ſuperſtitiorum monſtris corrupit, & Reipublicæ quàm maximè intereſſet, ut Epiſcopus Romanus, inprimis Germaniæ noſtræ Saulus, (qui boni Petri jam habet nihil) ad priſcam pauperis Petri & Apoſtolorum egenorum conditionem ab Imperatore Romano-Germanico, quem ſemper timet & odit, rurſus redigatur. Solches wäre der allerbeſte Römerzug.

Quan-

Quantopere adhuc Innocentius X. & Alexander VII. contra Pacem Germaniæ arietarint, notum eſt univerſo orbi. Ille enim an. 1650. d. 26. Novemb. ex arce Tarpeja emiſit Bullam, qua Monaſterienſem Pacem nullam, irritam, invalidam, iniquam, injuſtam, damnatam, reprobatam, inanem, viribúſque & effectu vacuam pronunciavit. En infulati Tribuni & Imperatoris illius Eccleſiaſtici imperium! ne quidem in Vtopia Mori ferendum. Quid dicam de ſchiſmatis & diſſidiis in Romana ſede toties ortis? quorum triginta Onuphrius Panvinius enumerat. Seditiones verò Epiſcoporum ſi quis enumerare velit, peculiarem in folio librum conſcribere deberet. Conſtat ſanè ex Hiſtoriis Eccleſiaſticis poſt natum Chriſtum uſque ad noſtra tempora, quod infulatorum patrum pertinacia pro retinenda potentia magnos motus & diſcordias & domi & foris excitarint, imò in tantum proceſſit effrenis ille Eccleſiaſticus Dominatus, ut Papæ tandem in ipſos Imperatores excommunicationis fulmen evibrare impio auſu conati ſint; qua ratione Imperium

bellis domeſticis preſſum & tantum non oppreſſum. Exempla de Henrico IV. Friderico I. Friderico II. Ludovico. Bavaro Cæſaribus omnibus rerum Germanicarum gnaris non ſunt incognita. Ludovicus Imp. tamen maſcule ſeſe inſanæ audaciæ Papæ oppoſuit, Clementem VI. Antichriſtum nominans (Vid. *Aventin.*) lib. 7. Ann. Bojor.) optimumque edictum ad ſtatuminandam Imperii Majeſtatem conſenſu Ordinum promulgavit, cujus tenorem refert Albericus de Roſate. Adeò crimen & dolus, altius non ſcrutatus, ſuperſtitione prævalente, multa mala immittit Rebuſpublicis, ac Papa Romanus per Electorum diſſenſiones, indeque ſubſecuta inteſtina bella Germaniam in illum ſtatu deducere, Diaboli inſtinctu, intendit, ut non amplius in Germania à quęrentibus inveniretur.

XX. Ad Papæ peſſimum [a] & Anti-Chriſtianum exemplum etiam alii ſe componunt, qui zizanias diſcordiarum in Eccleſiam fraude mala ſpargunt, atque ita turbis

a *Etiam alii ſanarum miniſtri ad exemplum Papæ Reſpp. reddunt in tranquillas.*

turbas in Rebuſpp. dare haut verentur. De Rockizano Bohemo vid. *Theovvaldus* (de Bello Huſſitico part.2. cap.10.) Iacobus Buſſularius Ticinenſem populum non modo ſuperſtitioſe devinctum tenuit, verum Tribunitiarum concionum ſubſidio tyrannidem & urbis dominatum occupavit. Talis etiam fuit Cornelius Adriani Monachus Franciſcanus, qui Albano Duci ſanguinolenta conſilia ad opprimendam & peſſendandam libertatem Belgicam ſuggeſſit (Vid. *Meteran.* lib.8. de Bell. Belg.) Ex quo verò vltimam diaboli incarnatam progeniem Ieſuitarum [a] infelix Sol adſpexit in Chriſtiano Orbe, dici non poteſt, quantæ turbæ ſint ortæ tam in Eccleſiâ, quàm in Republicâ. Loquitur eorum peſſima & ſceleratiſſima facinora Gallia, Anglia, Germania, Polonia, Hungaria, Bohemia &c. mox Lojolitæ iſti (qui, *non ſecundum eſſe*, ſed *ſecundum dici* religioſi Chriſtiani ſunt; & à Ieſu quidem ſe cupiunt dici, à Ieſu tamen longius abſunt) vel Acheronta movere volupe habent, ſi modo Antichriſti Romani



a *Ieſuitæ.*

commodum promovere queant. Mariana, Suarez, Leſſius & alii in libris ſuis Regicidium docent atque commendant. Hi ſunt peſſimi iſti nebulones, qui bellum Bohemicum concitarunt, unde tota conflagravit Germania. In libro, fide digno, qui inſcribitur; *Conſideratio cauſarum* &c. circa an. 1626. refertur, quod Ieſuita aliquis non dubitavit Pragæ, in ſuggeſtu concionari: *Quemadmodum faber ferrarius horologium conſtruit, & intendit, ut procedat, ac horas ſonet; ita ſe ſuoſque omnino hoc bellum confeciſſe atque intendiſſe, ut tam feliciter in uſum Eccleſiæ Catholicæ ſcilicet procedat, & hæreticos quatiendo ſonet.* Maffæus Ieſuita (in comment. ſuper epiſtolam Iudæ) ita ſcribit: *Non videre ſe aliud conſilium, vindicandæ libertatis & autoritatis Romanæ Eccleſiæ, quam ut urbes hæreticorum funditus primum evertantur.* Motus Acignianorum S. Ieſuitarum graphicè quoque depingit *Barclajus* (in Satyrico part. 2. pag. 227. Ieſuitarum verò ſtultiſſimum furorem vincere voluit ſacerrimus Apoſtata Caſpar *Scioppius* in libro, cui titulus, *Claſſicum belli Sacri*, in quo
enſe,

enſe, rotâ, ponto, funibus & igne animadvertendum contra Proteſtantes nefarie aſſerit; Stolidus tamen hic curiæ ac culinæ Romanæ Palatinus, quum ſe à Ieſuitis deludi videret, conſcripſit *Monarchiam Solipſorum*, in quo libro vivis coloribus artes Lojolitarum depingit.

XXI. Non autem tantum in Eccleſiâ Papalinâ, [a] ſed etiam in puriſſima Chriſtiana Evangelicorum Eccleſia ejuſmodi turbulenti ac furioſi miniſtri ſacrorum inveniuntur, qui non raro arma ſecularia cælestibus præferunt, plebemque contra ſuperiores ſuos concitant. De Rupellanis miniſtris vid. *Thuan.* (lib. 56. Hiſt. ad an. 1573.) Anno ſcil. 1620. ibi Reformati Synodum indixerunt, eamque Rege licet præfractè interdicente, peregerunt, majorum turbarum ſeminarium ait *Cluver.* (lib. 10. Hiſtor. pag. 737.) Regicidium ſive potius Parricidium Caroli I. Regis Magnæ Britanniæ, Angliæ Tiberio, Cromvvellio in ſuggeſtu aliquoties commendavit *Hugo Petri*; ſed is an. 1660. meritum ſubiit

D 4 ſup-

a *In Eccleſiis Proteſtantium etiam turbulenti concionatores reperiuntur.*

ſupplicium, ut latius apparet ex Diario Europæo ad illum annum. Apud *Knipſchildium*, celeberrimum Civitatis Eſlinlingenſis Syndicum (lib. 2. de Iur. Civit. Imper. pag 271.) leguntur ſequentia: Recens exemplum ſeditionis anno 1623. experta eſt Lindavia: Quis enim ibidem plebem adverſus magiſtratum excitavit alius, quàm turbulentus Eccleſię miniſter M. *Alexius Nevveumb*? Quis nuperrimè Campidoni rebellionem populi adverſus magiſtratum movit, & rempubl. pæne evertit alius, quàm ambitioſus & avarus Paſtor M. *Schalter*? Quid aliud adhuc dum hodie inter Magiſtratum & cives Heilbrunnenſes machinatur, quàm elatus Eccleſiæ miniſter M. *Ioh. Conradus Hiemer*. Hæc ille. Autor Relationis de motibus Donavvertenſibus, incentorem ſeditionis ibi concitatę primarium eſſe pronunciat M. *Ioannem Weiland*. (Vid. *Schock*. lib. 1. de Sedition. c. 21. 22.] Similiter an. 1603. Brunſvvigæ Miniſter cathedralis Eccleſię plebem adverſus Senatum concitavit, occiſique in turba aliquot è Conſulibus & Senatoribus. Noviſſima

viſſima exempla ex Diario Europæo huc tranſcribere placet. An. 1660. die 19. Iul. Würden zween Reformirte Prediger zů Vtrecht in Holland von ſelbigen Staten auß der ſtadt und ganzem Stifft geſchafft/ und ſolches darůmb: Im Jahr 1657. begont man überall Aark zuſprechen von den Predigten eᵹlicher Vtrechtiſchen Prediger/ als welche ſolche Sachen ſo die Regierung angingen/ auff die Canzel brächten/ unter dem Schein die Gemeine dadůrch zubeßern/ Welche aber die Obrigkeit mächtig ärgerten. Vnd dieſes kam ſo Weit auß/ das auch Leůte von andern Orten ſich nach Vtrecht begaben/ umb die Warheit von dem erſchollenen Geſchrey einzunehmen/ Welche den auch ſich vernehmen ließen/ das ihre Prediger dergleichen nicht thäten noch thun dörfften/ oder ſolten bald von dem Dienſt geſezt werden/ dieweil man ſich deßwegen

wegen eines ärgern befahren müſte &c. Im Jahr 1658. ließ das Gericht zu Leiden/ auff eingelangte Klagen/ D. Wernerius Vorſtius anſagen/ das er nicht mehr in der Statt übernachten ſolte. Selbiges Jahr wie auch alle die folgende 1659. nnd 1660. ſahen alle Augen auff Vtrecht / den da war des wagebürlichen Predigens ſo viel das ſich iederman daran ärgerte/ und das währete bis zu dieſen 19. 29. Iulij. Vnd an ſtat das man davon ablaſſen ſolte/ fuhren die Prediger unauffhörlich fort/ ſonderlich aber der von Felde/ Teeling und Loveſtein. Gleichwol waren einige weiber und gemeine leüte die lobten ſolch predigen/ und einige der Regenten wüſten ſelbſt nicht wie ſie daran waren. Die gröſte Fürcht kam daher/ weil einige Bürger etliche des Raths an ihren Perſonen und Häuſern ſolten beſchimpffet haben. Gleich ſich einige hatten verlauten

laſſen/

laſſen / den erſten Stein nach dem Rathhauß zuwerffen; worauff ſich die Prediger verlieſſen; Wie dan der von Felde einſmahls in S. Iohannis Kirchen ſich hören laſſen: wan ſchon ſo viel Soldaten in die Stadt kämen / als Schindeln auff der Kirche lägen / wolt er doch nicht darvon abſtehen. Hier war es zeit und nötig zehen Compagnien zu Roß und Fuß in die Stadt zu legen: und als ſich dieſen 19. Jul. die Staten und der Rath des Stiffts und der Stadt Utrecht verſamlet hatten / ſchickten ſie ohngefehr umb halb eylff vormittag ihren Canzeley-Bothen zu beſagten Predigern / dem von Felde und D. Johan Teelingen / in ihr Hauß / mit folgendem zettel: Der Rath der Stadt Utrecht hat auß beweglichen urſachen beſchloſſen / das des D. Abrahams von Felde / auch D. Johan Teelings Perſon annoch heute vor ſechs uhren nachmit-

tag ſich ſolle auß dieſer Statt und dero Freyheit wegmachen / und bey Straff des Banns nicht wieder dahinein begeben &c. Vid. plur. Diar. Europæ. part. 5. & ſeqq. Eadem ſententia reiterata. Die beyde Prediger zogen hierauff zur Statt hinauß in Begleitung mehr als tauſend Perſonen / viel ſchloſſen Häuſer und Laden zu / und den Soldaten war allen Kraut und Loth gegeben / auch befohlen ſich des Truncks zuenthalten &c. Die Staaten enthſchiedeten nachgehends die Sache nach dem 37. articul der Kirchen Ordnung des National Synodi wegen Außſtoſſung der Commiſſarien auß dem Kirchen-Rath / und gaben vermöge iezt angezogenen Articuls dem Rath Recht / iederzeit wan es ihm beliebte / zwen Commiſſariſſen / oder Gevollmächtigte in den Kirchen Rath zuſchicken / darwider vor dieſen der Prediger Teeling ſehr wunderlich

ſich geprediget hatte. Die Staten gaben auch deßwegen eine Schrifft in Truck unter dem Nahmen eines Maniſeſts/ Welches in der That nicht anders war/ als eine endliche Erklärung und Meinung/ Wornach ſich die Prediger im Stifft genau Zurichten haben ſolten/ und ſonderlich war unter andern darin enthalten/ wie ſie mit groſſer Betrübniß/ ſo gar freye und ungeſcheute/ Predigten gehört/ Worinn die Staats händel und Geſchäffte verächtlich würden dürchgezogen/ und für verflucht und Gottloß geſcholten/ die Regenten für Bundbrüchige leüte beſchüldiget/ Die Brieffe ſo die Regierung zu einem Danckfeſt außgeſchrieben/ für einen lügenbrieff außgeruffen/ die ünleidentliche und von den Gerichts-Perſonen verbottene Bücher/ vom Predig-ſtul abgeleſen/ das man einigẽ Regenten das Küſſen Woll möcht nach

Hauſe

Hauſe ſchicken; Das der Teuffel (verſtehe die Regenten) wieder die Kirche wolle; das man hörte von Abſezung der Prediger; das man viel lieber die Regenten auß ihren Häuſern holen ſolte. *&c.* Deinde Status inter alia Miniſtris præſcripſerunt. Das ſie ſich hinfüro hüteten / ſolche Sachen die das Rathhauß / das Regiment oder den Staat der Capitul anginge / zu ſtraffen / durchzuziehen / oder darwieder zuſprechen. [vid. pl. Diar. Europæ l. cit. pag. 187. 188.] Regicidiū Anglicanum Caroli I. Regis non parum quoq; promoverunt nonnulli turbulenti Paſtores, inter quos Magiſter Hugo Peter. unter andern wurd ihm Schuld gegeben / das er einer von den vornemſten Anfängern dieſes Trauerſpiels geweſen; vor allen andern getrachtet / die Officirer ſambt dem uolck zu dieſem Königs Mord zuverleiten: Indem er nicht als ein Diener des Friedens

dens / ſondern als ein Auffwickler und Auffblaſer der Verrätherey / ſie in ſeinen Predigten / auch ſonſten zum Todt des Königs angefriſchet: In einer Predigt bey dieſen worten: Nicht dieſen Menſchen ſondern Barnabam / den König mit dem Barnabam verglichen: In einer Kranckheit zu Pleimuth ſelbſt bekent / er hätte mit Cromwelln / als er ſich mit ihm allein im Felde bey Nare gefunden / den Todt des Königs und die Veränderung des Regiments beſchloſſen: Der Angeber des Blut-Raths geweſen / und zugleich die Oerter angezeigt / wo man ihn auſſruffen ſolte; ſich verlauten laſſen / man müſte dieſen Blut-Rath hoch vnd werth halten / weil er dem Könige / als er wäre für das Blutgericht geführet worden als ein Oberſter Marſchall geſtanden: Die Soldaten angereizet / das ſie iuſtiz / iuſtiz / recht / recht / ruffen ſolten

*&c.* viellmahls bey Cromwell und Ireton in einer Herberge mit einen langen Degen erſchienen / nnd nachdem in der gemahlten Kammer mit den Kriegsbedienten über den Todt des Königs Rath gehalten / geſagt / das bald einen geſegneten Tag ſehen würd: Den König anders nicht als einen Verräther / Tyrannen und Mörder des Volcks genennt: Geſagt; er hette auff einen Tag vor dem König predigen müſſen aber der Boſewicht hette nicht hören wollen: denſelben Morgen / da man den König enthauptet / auff dem Blutgerüſte geweſen / und eins und das ander angeordnet: In der gemahlten Kammer als er das Gebett verrichtet gehabt / dieſe Wortt geſprochen: Gott wie viell gitt uns dieſer groſſe Mann zuſchaffen / ehe man ihn zum uerhör bringen kan *&c.* Er wird alles wieder mit Blutt färben / wan wir ſein Blutt nicht vergieſſen;

gieſſen: Den König von Babel mit dem König von Engelland vergli-chen: zu denen vom Adel geſagt; Ihr Abgott würde nicht lang mehr ſtehen: An dẽ tage da ſich der Blut-Rath zum erſten verſamlet gehabt/ geſaget/ das dieſer der glückſeligſte Tag wäre/ den er iemahls in Engelland geſehen/ und den von Gott ſo lange Jahr nacheinander gebeten: Wie der König albereits were enthaupt gewe-ſen/ geſprochen; Herr nun laß deinen Diener in Friede fahren; den meine Augen haben dein Heil geſehen; und geſagt: Die Soldaten welche bey Enthauptung des Königs auffge-wartet/ weren alle in Gottes Hände auffgezeichnet: Ja die Heiligen ſolten die Welt richten. Quomodo tam nefa-rius homo ea de re punitus ſit an. 1660. die 13. Octob. vid. Diar. Europæ part. 5. pag. 377. 378. 374.] Et quid non Genevæ ten-tavit ante paucos annos turbulentus Mini-ſter *Labadie*? qui tandem Genevam re-linquere,

linquere coactus, ſeceſſit in Hollandiam, novum ibi Hieroſolymitanum Regnum Apocalypticum erecturus. Cæterum prudentiſſimus Magiſtratus tandem illum finibus migrare juſſit. Inde Hervordiæ aliquantiſper commoratus, tandem expulſus, Hamburgum accedens & relinquens, cum ſua Schurmania, Virgine doctiſſimâ, tandẽ in Holſatia mortuus; illa *Hueſſe imi*; hic Altenaviæ prope & Hamburgum. Neque illud reticendum, quod ſæpe Academiæ ſint palæſtrę jurgiorum, & quod per illas ſæpe tam Eccleſia, quam Reſpublica turbetur. Dum enim docentes Theologi & aliarum facultatum Profeſſores ambitionis & glorię oeſtro perciti mutuas opiniones convellere nituntur, atque libellis aculeatis, atroque loliginis ſucco repletis, ſe invicem proſcindunt; ſtudioſa juventus dividitur, atque in partes & factiones abit, qua ratione ſæpe ſchiſmata in Eccleſiam derivantur. Imò juventus talibus certaminibus aſſueta & in Academiis innutrita, poſtea, in Republ. leviſſimâ oblatâ occaſione ſimiles concitat turbas, ut prudenter monet *Schoock*. [ lib. 1. de Sedit. c. 42. in fin.

ſin. ) Wittebergenſes & Lipſienſes quid non tentarunt hoc ſeculo contra piiſſimum & doctiſſimum Theologum D. Georgium Calixtum, Profeſſorem Helmſtadienſem ? Inter Philoſophos Ariſtotelicos, Ramiſtas, Carteſianos, Derodonæos hodie tantum non Babylonica perturbatio exiſtit.

XXII. Quod [a] vero Religio jam à primordio mundi diſſidiorum cauſa extiterit, illud ipſum Diabolo & nequam genio [qui veræ religionis ſociale cum Deo vinculum ſemper diſſolvere intendit] adſcribendum atque imputandum. Hic ſemper Eccleſiam V. & N. Teſtamenti turbavit, & per organa & dilectos fideles ſuos adhuc turbat, ut non immerito Evangelici in Litaniâ ſua ardentibus precibus Deum invocent, ut machinationes Satanæ contra Eccleſiam conturbare atque evertere clementer velit. Principio autem notandum, quod Enthuſiaſtæ, divinos afflatus jactantes, motus ratione religionis in Rep. publ. concitent; id quod patet in Thomâ Mun-

a *Diabolus, diſſidiorum contra orthodoxam religionem autor.*

Munzero & Anabaptiſtls Monaſterienſibus (vid. *Sleidan.* lib. 4. & 10. Comment. & *Lambert. Hortenſ.* in Tract. de tumultu Anabaptiſtarum.) Hi Anabaptiſtæ ſuperiori ſeculo an. 1533. Monaſterii in Weſtphaliâ novum regnum, quod Davidis vocarunt, condere voluerunt, Regêmque crearunt, ſartorem Johann von Leyden/ qui ipſe inſcribi curabat foribus templi: *Dei virtus mea virtus*; Monaſteriumq; vocarunt novam Hieroſolymam. Miniſtros habuit novus ille Rex viridi & cæruleo amictu; viridi, propter terram; cęruleo propter cælum: Dicebat enim, ſibi omnem poteſtatem eſſe datam in cælum & in terram. Cęterum Epiſcopus Monaſterienſis, adjutus Imperii Germanici viribus, Hieroſolymitanam obſeſſis induxit famem, eoſque tandem caſtigavit, ut fuſius legere eſt apud Sleidanum & Thuanum. De Ioanne Wilhelmo fanatico turbatore in Geldriâ vid. *Iohann. Iſaaccus Pontanus* (lib. 14. Hiſtor. Geldr.) Ejuſmodi ſtolidis hominibus non immeritò accenſeri poſſunt *Quakkeri* [b] (quos Galli a tremendo *trembleurs*

a *Anabaptiſtæ.* b *Quakkeri.*

*bleurs* vocant) quorum inſania an. 1656. in Angliâ nimium increvit, Regnoque publicam quietem per deliria, enthuſiaſmos, atque ſomnia mirificè turbavit. Vt dixi eis nomen à tremore impoſitum voluere, quod motu aliquo mentis inter precandum icti omnibus artubus continuo, totoque corporis habitu contremiſcant (Vid. plurib. *Thomæ Vnderhill*, Angli, Hiſtoriam Tremulorum.) Ex genere horum novum ſe Meſſiam Iacobus Naylor fecit; nec is modo hac mentis egeſtate perſuaſus, filium Dei ſe putabat eſſe, ſed etiam reliquis planiſſimè imponebat. Itùm eſt Londini in vias pompâ publicâ, veſtes equo inſidenti non ſecus atque Chriſto, dum Hieroſolymam, triumphanti ſimilis, ingreditur, ſubſtratę. Oſianna puerorum & matrum virorumque & mulierum vocibus per oppida & per vrbes, quaqua inveheretur, eſt acclamatum. Verum hic impoſtor turbidus eodem menſe pænas dedit; Virgis nempe eſt cæſus, & capite truncatus (*Thulden.* l. 6. Hiſtor. per Europ. pag. 238.) An. 1651. Chriſtoph. Arnoldt de Statu Eccleſię Anglicanę ita ad Richterum ſcripſit:

ſcripſit: Dominantur nunc in Eccleſiâ Independentes, qui plerunque coram magiſtratu ac primoribus concionantur. Venalis eorum eloquentia omne exercet forum, ubi ſermones ad recens iſtoc negotium accommodati, inſanum magno clamore venduntur. Et mox: Dux Independentium Hugo Petrus aliique homines ſacri, centuriones & primipili fiunt. Et poſtea: In urbis vico, Clarkenwel-greene dicto, etiam blaſphemus iſte vinculis mandatus, cujus uxor gravida Meſſiam ſit paritura; huic ſimul annexa eſt virgo quædam, futurum ex illâ fœtum, ceu ſalutis noſtræ auctorem, cunctis eò venientibus mirum in modum commendans &c. In nervo & fatuus iſte jacet, qui tam excors tamque demens eſt, ut ſe Ioſuam eſſe credat: Ibidem Chiliaſta quidam regnum cum Meſſiâ expectat. (Vid. *Richteri* Epiſtol. pag. 488.) Etiam an. 1661. menſ. Ian. peſſimi ejuſmodi homines Londini magnas excitarunt turbas, urbemque diverſis in locis, Carolo Rege abſente, incenderunt, ac nonnullos, in plateis obvios, qui,
quæ-

quętentibus; Vor wem biſtu? reſpondebant: Für Gott und dem König interemerunt. Hi Enthuſiaſtę quintam novam Monarchiam ſomniant, omnem Divinum Magiſtratum è medio tollere allaborant, quo Domino Ieſu Chriſto viam præparent (ut furiosè nugantur,) qui, poſtquam hęc omnia peracta, cum ſanctis ſuis ſit è cælo venturus, & per mille annos in hoc mundo regnaturus. Autor hujus ſectę præcipuus appellabatur Venner/ qui aliquando die Dominicâ ſuis aſſeclis concionatus, eoſque adhortatus eſt, ut fortiter pugnent pro Domino Ieſu: Fore enim, ut unus eorum decem, & decem, mille ſint occiſuri: Reperta etiam ſunt apud eos ſcripta, in quibus inter cætera deblaterarunt; quod hoſtes ne unicum quidem capillum ipſis ſint læſuri; ſe non prius gladios in vaginam reconditurus, donec Babylon [ ſic appellarunt Magiſtratus ) ſit in totum everſas; Monarchia in Angliâ ſublatâ, ſe in Galliam, Hiſpaniam, Germaniam & in Turciam ituros; ſe mortem potius ſubituros, quam ut juramentum ſideli-

delitatis præſtare velint; ſe mundum ſibi ſubjecturos, Regibuſque compedes injecturos &c. Cæterum Cogius & Richardus Braun/ Majores bellici, tumultus eorum ex parte ſedarunt, multis captis, atque cæſis, ipſeque Dux Venner vulneratus. Capti quũ ad calculos vocarentur conſtanter in ſiniſtra & prava opinione ſua perſeverarunt. Rex tamen Seren. Carolus omnes conventus Anabaptiſtarũ, Quakkerorum, & Phantaſtarum de Quintâ Monarchia ſevere inhibuit. Sed, ut linquamus hoſce malo ſuo infelices, quid non peregit nequiſſimus impoſtor Muhametes? Hic colloquia cum columbis ſimulans & cum Gabriele Angelo, ſuos contra totum orbem armavit, populumque contra Heraclium Imp. concitavit. Regnante Claudio quidam in Ægypto fuit, qui cum pietatis imagine ad 30000. pellexiſſet in partes Hieroſolymum, ibi regnaturus, tendebat; Verum à Floro tempeſtive fuit oppreſſus. (*Ioſeph* l. 2. de Bell. Iudaico c. 12.] Sic nihil in ſpeciem fallacius eſt, quàm prava religio ubi Dei O. M. Numen prætenditur

ſcele-

ſceleribus: Et nihil aliud promptius ad imperia diſcutienda, quàm ubi pietas & Deus, maxima Nomina, pręfiguntur impię ambitioni; Religio ſanctus titulus pravę rei; Sub hujus Aquilis, ſceleſtiſſima quæque ſceleſtis zeli & valoris laude contigit celebrari & graſſari. (Vid. *Frideric. de Marſelaër* de Legat. l. 2. c. 21.) Puritanorum Princeps in Euphormione ita loquitur: Ego ſum Catharinus ille, cui ſacrorum factiones tam candidum nomen fecerunt? &, ut de me fateri audeam, moribus inter primos vivo, religione inter nullos (*Barclai.* in Satyrico part. 2. pag. 227. & ſeqq.)

XXIII.[a] Immutatio rituum religioſorum quot non peperit turbas in Anglia & Scotia? Henricus VIII. *Angl.* Rex, reſpecta doctrina Pontificia, Pontificis hieromonarchiam abolevit. Maria rurſus poſtliminio reduxit autoritatem Pontificis. Eliſabetha iterum cum doctrina Pontificia ejecit. Hujus ſucceſſor Iacobus an. 1608. in Synodo Pertenſi omnia fidei capita in

E cer-

a *Motus ob mutationem ceremoniarum religioſarum in Anglia & Scotia.*

certum librum diſpoſuit. Hęc capita Auguſtanæ confeſſioni ferè conformia. Sed Puritanis plurima non probabantur, maxime poteſtas Epiſcoporum & ritus quidam & ceremoniæ. Maximè autem impugnabant Epiſcopos, quorum autoritatem ſucceſſor Iacobi Carolus I. propugnabat, edideratque in vulgus formulam rituum, ſub Liturgiæ, nomine, opera Guilelmi Laudi Archiepiſcopi Cantuarienſis. Carolus pręceperat Scotis, ut Liturgiam obſervarent, & Epiſcopis ſua bona redderent; inſtituto peculiari magiſtratu, qui eos ad obſervandam Liturgiam compellerent. Puritani itaque conſpiratione facta, autore Alexandro Leſlęo fœdus pro religionis & libertatis defenſione ſanciunt An. 1638. ſimulq; librum edūt cui titulus Harmonia confeſſionum, Liturgiæ plane contrarium. Exuunt ergo obſequium in Regem, Edenburgum & alia loca invadunt. Hæc Scotorum rebellio Anglos dein in ſocietatem traxit, pręſertim cum Rex, favore uxoris, Pontificios indulgentius, quàm ipſi cuperent, haberet. Inde Belli origo. Clarius hoc ipſum exponit

Georgius

Georgius Bateus, cujus verba, in compendium redacta, huc appono : Vt primum Reformata religio in Angliam introducta, ab eo tempore quidam nec Regiminis nec Politiæ Eccleſiaſticæ nec Liturgiæ aut ceremoniarum volam vel veſtigium relinquendum eſſe contenderunt. Plures vero & prudentiores, ſuperflua & ſuperſtitioſa abdicare ſatis eſſe rati, regimen Epiſcopale, nec non Liturgiam Reformatam retinendam ſtatuunt. Et hoc etiam placuit Regibus cum Parlamenti legibus ſancire. Hinc primo ſimultates, & poſtea controverſiæ graviores, digladiationes, inſufflantibus utramque partem Pontificiis & malè feriatis. Inde Anti-hierarchici & Epiſcopis & curiis Eccleſiaſticis addicti. Anti-hierarchici cũ moribus ſeveris eſſent, precib⁹ & piis officiis prompti, hinc multi Generoſi & Nob. ipſis patrocinari, & unà cum iis in hierarchiam conſpirare cæperunt. Sed cum hujus excidium à Regibus impetrandum deſperarent, à Parlamento conſequi ſperãt, eoque conſilio Regiam poteſtatem imminutum eunt, evecta, Parlamentaria, & Sectarum omnium,

Fanaticorum, turbonū & ſeditioſorum colluvie adjunctâ auctiores viribus facti Populi libertati, quæ hactenus cum prerogativa Regia bene cohæſerat, velificari in ſpeciem ſtudent. Tandem in Senatorum munus cooptati, telam inceptam pertexentes, nil præter populi jura, parlamenti privilegia, reipublicæ libertatem crepant, & in omnibus Regię poteſtati labefactādæ ſatagunt. Futuris eorum machinationib. commodam occaſionem dedit Palatini à Cęſare proſcriptio, qui gener Regis erat; ideoque Regem Iacobum, mediante Principe Carolo, ad defendendā Reformatam religionem armis cum Cæſare committunt. Indicto bello, Regem Parlamentum deſtituit leviculis de cauſis. Moriente Iacobo Regi Carolo, ni ludibrio eſſe maluerit, incumbit neceſſitas propria autoritate cogendi pecunias, intermiſſa Parlamenti in difficilioribus rebus indicendi conſuetudine. Hinc indignatio populi; hinc ſubditi probi, honeſti, quos metus inceſſerat publicę libertatis imminuendæ, cum Turbonibus miſcere conſilia, jungere vires, ut ex æſtuāti Regis potęntiæ remorā

injiceret. Hi omnes primo Cathari vel Puritani per ludibrium appellabãtur, cõmuni nomine Sectarũ & partiũ cõvenięti vocabulo. Inteſtino ſæviẽte bello, poſtquã Scoti adventarant, & Fœdere Nationali ſe cum Anglis conjunxerant, caput ſupra cæteros attollunt Preſbyteriani, qui Novatores, Regimine Eccleſiæ & Liturgiâ abolitis, Directorium & Presbyterium introduxere, & ſtatum Monarchicum in Ariſtocraticum imminutum iverũt ſervato Nomine & perſonâ Regis ſuis adhuc ſub ſignis militantibus factionibus cæteris. Deinde Independentes pauci, & Anabaptiſtarum aliqui, qui Regimen Eccleſiaſticum nullum Nationale ſtabilitum optabant, & quibus magis arridebat Democratia, ſervato tamen Regis nomine & Perſonâ; Pauculi autem Preſbyteriani rigidiſſimi maximam partem Acephali, Catabaptiſti & Fanatici, penitus evulſis Monarchiæ radicibus, & deletâ perſonâ, Familiâ & Nomine Regio, Oligarchiam nonnulli, Anarchiam alij, Democratiam plurimi exſtruere conabantur; addo etiam Chriſtocratiã, quam non pauci anhelabant, quâ,

dejectis è faſtigio & conculcatis mundanis Magiſtratibus, Chriſtus cum Sanctis ſupra improbos imperium in terris exerceret. Hi præſertim Novatores & Factioſi in Angliâ extiterunt, qui dein, Poteſtatem nacti, à Preſbyterianis divortium fecerunt, & inſigniverunt ſe poſtea Patriotarum & Religioſiſſimorum hominum titulo. Hi turbato Reipublicæ ſtatu, nervis omnibus adnitebantur Regẽ irritare adverſus Senatum, Senatum viciſſim in Regẽ exulcerare, poma contentionis undique ſpargere, Plebem vero, quavis aurâ leviorem, huc illuc agitare, ut Demagogi aſſolent. Hi Pacis conditiones inter Regem & Parlamentum perturbarunt, & Parlamentum eo adegerunt, & Regi adeò duras conditiones obtruſerunt, ut illis ſalva conſcientiâ conſentire non licuerit; literæque & propoſita Regię Majeſtatis, licet æquiſſima, rejecta. Fervescente bello hi boni viri, dum zelum religionis aſſerendę planè divinum prę ſe ferunt, ingerunt ſe maximis Reipublicę muneribus, & dein radicibus latius actis, multos in Conſpirationem pertrahunt, ut tandem in Comitiis

mitiis & Provinciis hæc minor pars, ſed vigilantior, majorem, ſed minus ſedulam, paulatim circumveniret, Presbyterianis etiam in rus ablegatis: hi Novatores non levem adepti potentiam, divortio à Presbyterianis facto, in ipſos ſigna vertunt, Independentiam titulo (an ἀκιφάλυς potius dixerim?) qui ſectis omnibus in genere quadraret arrepto (nato inde nomine, quod nullius Eccleſiæ Nationalis, nullius Civilis ordinis ab arbitrio pendentes, omnia ad doctrinam Regimenque Eccleſiaſticum ſpectantia intra privatos cætus adminiſtrarent) nō quod Religio magnopere cordi fuerit horum pleriſque, ſed quo ſpecioſa iſta profeſſio latiſſimam panderet ſectis omnibus feneſtram, Catabaptiſtis, Fanaticis, Millenariis &c. Fratres etiam & Sancti (qui ſic ſe mutuo compellarent) ab aliis per ludibrium appellabantur, tam latè familiam ſuam ſparſerunt, ſeſe omnium hominum geniis accommodando, ſibi adverſos, exploratoribus paſſim diſpoſitis, inſectati, pronis autem quibuſcunque patrocinati Specioſo titulo defendendi Senatus; Presbyterianos deprimunt, Quæ-

ſtuariis & militaribus officiis defraudant, iiſque aſſeclas ſuos præficiunt, ut ita militiam ad nullum & arbitrium ſuum diſponerent. Depoſito Eſſexio exercitui prçficiūt equitem Thom. Fairfaxium, Ferdinandi Baronis filium. Huic Hypoſtrategi titulo, tanquam Moderator, adjungebatur Cromvvellius, Schiſmaticorum Anteſignanus, qui ex religione (decocto jam patrimonio) mercaturam fecerat. Hic Schiſmaticorum favore in Senatorium ordinem cooptatus eſt, cujus agnati & familiares in exercitum munera acceperunt ſplendidiora; Poſtea multis Cromvvellii agnatis in Parlamentum adſcitis, tam militaria quàm civilia negotia & munera iiſdem manibus tractata. Rebus Regiis planè deploratis: hi in æmulam Factionem Presbyterianorum, ſuffragiorum numero prædominantem, converterunt animos, &, libellis divulgatis, in avaritiam & Severitatem Sectæ concionatorum debaccharunt, illos in officia, populo ingrata, protruſerunt, copias iis addictiores exauctorarunt, Scotos dimiſerunt, Presbyteria-

terianorum Primores in partes ſuas traxerunt. Sic tandem rerum potiti artibus Cromvvellii, Rex Carolus capite truncatus Vid. pl. ap. Georgium Bateum part. 1. Elench. nuper. motuum in Angl. à pag. 77. uſque ad 92. (add. *Ionſtonus* lib. 2. Rer. Britann. & autor anonymus Hiſtorię motuum in Regno Scotiæ an. 1637. concitatorum pag. 31.) Etiam motus oriri in Republ. ſolent, ſi doctrina orthodoxa & verbo Dei conſentanea introducitur, & introducta à fermento ſuperſtitionis rurſus purgatur. Iudæi, quod exiſtimarent nihil mutandum eſſe circa patrios ritus, Apoſtolis ubique reſtiterunt. Gentiles quoque, quod putarent peregrinos Deos annuntiari, tumultus varios excitarunt. Quam acriter Reformationi Religioſæ reſtiterint Pontificii (qui à plus quàm quindecim ſeculis ſuam religionem in Orbe viguiſſe putabant) notum eſt ex Sleidani Hiſtoriâ, talique antiquitatis prætextu etiam hodie plebem ad turbas uſque effaſcinant. Notæ porro ſunt *Matutina Pariſienſes* Die blutige Hochzeit zu

Paris/) in feſto S. Bartholomæi anno 1572. in Galliis excitatæ, quarum tragicum exitum deſcribit Thuanus. In Germania noſtra ob Reformationem Religioſam exortum ſuperiori & hoc ſeculo Bellum Smalcaldicum & Bohemicum.

XXIV. Notandum hic denique circa religioſa eſt, quod [a] Pſeudo-Chriſti falſique Prophetæ magnis turbis ſæpenumero involvant rempublicam. De Pſeudo Meſſia Syro, Iudæos deludente vid. *Paul. Diacon.* (lib. 21.) De Guilelmo HACKETTO admirabilem hiſtoriam refert *Lanſius* (in Orat. contra Britann. pag. 572. & ſeqq.) De Pſeudo-Moſe Cretenſi vid. *Cluver.* (lib. 9. Epit. Hiſtor. pag. 361.) Noviſſimè anno 1636. apud Regiomontem in Boruſſia novus & fanaticus Propheta dignas ſceleribus ſuis pœnas extremo vitæ ſupplicio luit. Ioan. *Adelgreiff* nomen homini fuit, & ſe Deum Patrem profitebatur, utque imperitæ multitudini fidem faceret variis in aëre & cœlo præſtigiis, ope haut dubiè mali Dæmonis patratis, oculis

a *Pſeudo-Chriſti falſique Prophetæ interdum etiam turbant Rempub.*

oculis incautorum illuſerat: Callebat Hebraicè, Græcè, Latinè, Polonicè, Lithuanicè, & Churlandicè, etſi non ſingulas æquè promptè. Habitu vili ac dementiſſimo, adſpectu etiam tetriore fuit, & ex quo non Deum & ſemideum aliquem, ſed ſcurram magis, aut è trivio nebulonem cognoſceres. Igitur delatus ad magiſtratum, atque in cuſtodiam datus, poſtquam præter has impoſturas & veneficia, variorum præterea adulteriorum reus cognoſcitur, ad mortem damnatur; quam ille nullo ſigno formidinis hilari vultu adiit identidem affirmans adſtantibus ſe tertiâ poſt die reſurrecturum *&c.* Tandem carnifex, nullâ amplius pœnitentiæ ſpe, juſſa exſecutus, homini cervices præſcidit, & truncum, flammis abſumendum, in rogum conjecit (*Brachel.* lib. 5. Hiſt. noſtr. temp. pag. 349.) Similiter acta publica de anno 1663. d. 30. Martii perhibuere, quod in Galliis *Simon Morin* profeſſus ſit, ſe eſſe Chriſtum, Apoſtolique ejus fuerunt Marianus Thominus, Franciſcus Rondon & alii: Cæterùm Morinus ille, motus, vivicomburii pœnâ affectus.

XXV. Hactenus multa in medium allata de turbis, quæ circa Religionem in Republicâ occurrunt. [a] Nunc etiam de *ſexta face turbarum civilium, nempe Nationum in Republica diſſimilitudine*. Multitudo enim linguâ, moribus, inſtitutis & affectibus diſpar, contrariis ſtudiis commodíſque dedita, facillimè ſcinditur in factiones, inde rebelliones bellaque civilia. De Londinenſi civitate vid. *Polydor Virgil.* (lib. 27. Hiſt. Anglic.) Inſuper quando urbes fluminibus ſunt diviſæ, vel ex parte montoſæ, ex parte planæ, diverſitas & diſſenſus animorum inde exiſtit. Propter tantillam enim loci diverſitatem diſcordant inter ſe homines, ait Ariſtoteles. Romæ olim perpetuæ turbæ inter Trans & Cis Tiberinos. Pariſiis Sequanæ divortium animos quoque dividit. Politici idem aſſerunt de Baſilea, Noriberga, Brunſvviga & aliis urbibus fluminibus diviſis (add. *Septalius* lib. 7. de Rat. Stat. cap. 17.) Quamvis verò Baſileam Rhenus, Francofurtum & Saxenhuſam Mœnus, Noribergam

a *Nationum in Republica diſſimilitudo excitat etiam in Republicis ſeditiones.*

gam Begneſus, Argentoratum Illa, Hamburgum Alſtera &c. fluvii dividant; tamen quum Civitatum illarum unum ſit regimen concors, haut facile ibi locorum turbæ inde oriuntur. Peregrinorum exterorum numerus, ſi nimium in Civitatibus excreſcat, etiam inde turbæ ſolent enaſci. Nam ut locuſtæ ſegetes abſumunt; ſic alienigenæ illi ſæpe indigenas exhauriunt, & opprimunt. (add. *Deut.* 28. ℣. 43. *Ariſtot.* l. 5. Pol. c. 3. ubi exemplum adducit de Trœzeniis, & Achivis advenis, & quod hi illos tandem urbe expulerint.) Hinc lex vitandæ conſuetudinis alienigenarum apud Hebræos fuit teſte etiam *Juſtino* (lib. 36. c. 2.) & *Tacit.* lib. 5. Hiſt. c. 5.) Laconum ξενηλασία peregrinos eiiciebat, ne immixtis peregrinis mores civium Lacedæmoniorum in deterius mutarentur atque corrumperentur. [Vid. Apollonius apud Philoſtratum lib. 6.] Hinc vetuſtiſſima illa formula: *Peregrinus vel hoſtis murum ne aſcendat* [*Cæl. Rhodigin.* l. 18. Lect. antiqu. c. 5.] Moderatus tamen numerus peregrinorum tutò, citra tranquillitatis publicæ labefactionem, in

civitatibus recipi poteſt [ add. *Exod.* c. 23. *Levit.* 19. ℣. 33. 34. ubi Deus φιλοξενίαν commendat & *Auth. Omnes peregrini C. Commun. de Succeſſ.* ] modo temere reipubl. negotiis ſe non immiſceant, aut honores appetant, ne tandem, ut fieri aſſolet, indigenarum adverſum ſe odia invidiamque concitent; id quod prudenter in Republica Genevenſi obſervatur, ubi juxta cynoſuram juris divini & naturæ, peregrini quidem humaniter excipiuntur atque habentur, Conſules tamen, Senatores, *Auditeurs*, *Chaſtelains*, &c. fieri non poſſunt; Amſtelodami tam indigenæ quam alienigenæ quietè & pacificè unà vivunt, & quum occaſione commerciorum Mercurio tantum devoti ſint, nihil adverſus Rempublicam moliuntur. Dum nullum faſtiditur genus, in quo eniteret virtus, crevit Imperium Romanum; & ne Regibus quidem exactis clauſa urbs fuit peregrinæ virtuti. [ *Liv.* l. 4. c. 3. ] Eques equum ipſum non quærit, quod ex equo natus ſit, ſed qualis: Similiter venator canem venaticum (einen Spurhund) non quærit, quod ex tali cane natus ſit.

Ad

Ad eundem modum vir Politicus ex omnibus oris lectos evehit, & merita (die qualiteten) non nativitatem ſive cunabula quærit.

XXVI. [a] *Fax ſeptima diſcordiarum domeſticarum eſt Legum* tam ſcriptarum, quàm non ſcriptarum *mutatio.* Frequens enim legum abrogatio, v. g. ſi hodie figantur, cras verò refigantur, obtemperandi enervat conſuetudinem: Hæc autem ovum ſcorpionis, id eſt, ſemen ſeditionis & inobedientiæ in civitate gignit. [Vid. *Ariſtot.* l. 2. Pol. c. 6. in fin.] Apud Thurios olim hoc erat inſtitutum, ut, qui veterem legem abrogare vellet, laqueo, cervici circumdato, in concionem prodiret, novámque ſuaderet; quam ſi populus non probaret, tum ei gula eodem laqueo frangeretur [*Diodor. Sicul.* lib. 12.] Idem fecere Locrenſes [*Piccart.* ad l. 2. Ariſt. Pol. c. 8.] Leges ipſæ vim & vitam amittunt, & contemnuntur, quæ mutantur & ſtatim evertuntur; quin & ipſe ſuperior vileſcit & inconſtans eſt. Inſuper mutationem juris ſequitur mutatio morum; mutatio-

a *Ex mutatione legum etiam oriuntur ſeditiones.*

tationem morum comitatur novitas quædam ſubita; hæc autem ſolet movere & conquaſſare Rempublicam. Sanè Staffordię Comes, Hiberniæ Pro-Rex, cum in præteritis Magnæ Britanniæ motibus ad Anglorum conſuetudines & inſtituta Hibernos aſſuefacere niteretur, eorum ſibi odium concitavit, indeque hic fructus, ut Hiberni Anglis & Scotis ſeſe adverſus Regem jungerent; cúmque dein perduellionis reus ageretur, accuſationis maximum pondus fuit; quod in Hibernia præter legum inſtituta deſpoticè ſive heriliter multa patraſſet. Manet ergo fixum & firmum, quod nulla major peſtis rempublicam invadere poſſit, quàm cum legum ſolvitur, & enervatur poteſtas [vid. *Sleidan.* l. 22. Comment. pag. 324.] meliorque civitatis fortuna eſt, quæ deterioribus; modo firmis immotiſque utitur legibus, quam, quæ bonis inconſtanter. [*Thucyd.* lib. 3.] Aureum hic imprimo Statiſtæ dictum Valerii apud *Livium* (lib. 34. c. 6.) *Ego* [inquit] *ex his legibus, quæ non in tempus aliquod, ſed publicæ utilitatis cauſa in æternum latæ ſunt, nullam abrogari debere*

*debere fateor, niſi quam aut uſus coarguit, aut ſtatus aliquis Reipublicæ inutilem fecit.*

XXVII. *Fax octava civilium tumultuum bellicorum eſt, ſi imperantes ſubditis* ſemel conceſſa [a] *privilegia eripiant.* Leo uniti Belgii ſtatim rugire cœpit, ſimulac Philippus II. Rex Hiſpaniæ læderet ipſius avitam libertatem & privilegia. Aliud exemplum vid. apud *Letzner.* [ lib. 2. Chronic. Daſſel. c. 16. ] Similiter privilegia mercatoribus Anglis ratione pannorum ſuorum in Belgio an. 1338. à Ludovico Malano Flandriæ Comite conceſſa; à Margaritha Parmenſi vero, Belgii Gubernatrice, an. 1564. negata, tumultuum inter ipſos Anglos cauſa fuerunt ( Vid. *Cambden.* in vitâ Eliſabethæ Angliæ Reginæ ad ann. 1564. ) Literæ Majeſtatis Bohemorum, ( der Maieſtät Brieff ) quas à Rudolpho II. Imp. obtinuerant, quum à Ferdinandi II. Cæſaris Miniſtris, frigidam hic ſuffundentibus Ieſuitis, violarentur, natum inde eſt in Germania tricennale bellum civile [ vid. Epitomen Belli Bohe-

a *Privilegiorum ereptio cauſa ſeditionis.*

Bohemici, & Tom. 1 Theatri Europæi.] Sunt & aliæ ſeditiones cauſæ leviores, nempe ſi peregrini præ indigenis promoveantur; item ſi hominibus vilibus honores mandentur, de quibus vid. *Schock* (l. 1. de Sedit. c. 31.) Certè nulla alia cauſa fuit cur mortuo Philippo Maria Vicecomite Mediolanenſi à Sfortiis occupata ſit Reſpublica, quàm quia per electionem populi ſuffragiis factam, duo abjectiſſimi homines erant electi, quorum alter Lanio erat, alter piſtor. ( Vid. *Septalius* l. 7. de Rat. Stat. c. 16. Ariſtoteles etiam ( l. 5. Pol. c. 4. 7. 8. & lib. 6. c. 4. ) τὸ μικρὸν neglectum inter cauſas ſeditionum ponit, quod tamen potius occaſio quam proxima cauſa cenſeri debet.

XXVIII. Hactenus vidimus cauſas tumultuum & turbarum civilium à parte impetantium: Nunc etiam breviter adducemus potiores, quæ ex parte ſubditorum Rempublicam reddunt intranquillam. [a] *Nona* itaque *fax ſeditionis* cujus cauſa ſunt ſubditi, *eſt abuſus libertatis & nimia ſubjectorum licentia*; dum id,

a *Abuſus libertatis & nimia civium licentia parit piam inciviles tumultus.*

quod ſalubri modo, ratione datum, ad noxiam licentiam populus trahit, &, præſenti ſtatu non contentus, novationibus ſtudet. Vt ita non tantum imperantes ſed etiam parentes per exlegem licentiæ Siren convellantur & pravi fiant. Ita populus Iſraeliticus intolerabili jugo Pharaonis liberatus, & in Arabico deſerto mirabiliter ſuſtentatus, faſtidio tamen præſentium turbas movit, ollaſque Ægyptiacas voto minimè ficto repetiit. [add. *Tacit.* l. 1. Hiſt. c. 46. & l. 3. Ann. c. 40. Caveant etiam ſibi Hollandi, ne LibertiniſmusCivilis circulos Politici regiminis turbet.

XXIX. [b] *Decima fax ſeditionis eſt inopia & miſera ſubditorum paupertas* (die unter ein niedriges Dach geſtrochene Armuth) unde oritur ſpes improba invadendi & diripiendi bona divitum. Catilinam inter alia ad conjurandum cum aliis movit egeſtas, & res anguſta domi, ut ex Salluſtio & Floro patet; quo etiam pertinet feſtivus jocus *Ciceronis* (lib. 5. ad Famil. Epiſt. 6.) Paupertas ſanè facile ad probra impellit, & pauper lucri cauſa quidvis facturus videtur: (l. 3,

a. *Egeſtas ſubditorum cauſa ſeditionis.*

pr. D. de Teſtib.) Armuth macht Zuweilen Vnredlichkeit. Magnum pauperies opprobrium jubet quidvis & facere & pati; duoque ſunt, quę homines ad compendium commovent turpe inopia, & avaritia ( *Val. Max.* l. 6. c. 4. Vid. *Syrach.* 27. in princ. c. Habebat cauſ. 12. qu. 1. ) Anno 1491. cum nomine Philippi Pulchri Ioannes Egmondanus Noorthollandiæ gubernator à Kenemariis & Waterlandis exigere vellet tributa, ceſſura in ſtipendium militare, primò ruſticana plebis exactionibus continuis exhauſta, ſimul fame & extrema inopia efferata, opponere ſe cœpit; poſtea numero aucta, ſimul urbium vicinarum plebe, quæ novis rebus intenta erat, accurrente, non modo Hornam & Alcmariam occuparunt, arces varias nobilium ſolo æquarunt, adverſariorum ædes incendio deleverunt; ſed Harlemum quoque occuparunt, occiſis Prætore urbis, aliiſque viris primariis, ac prædâ actâ per opulentiorum ædes, tandem eò audaciæ pervenerunt, ut Leidam quoque obſederint. Globus hic ſeditioſorum, vulgo, quod

quod è pauperibus conflatus eſſet, dici ſolet *Caſènbroots-volck*, atque ipſe tumultus *Caes ende Brootsſpel:* Quidam qui ad illum pertinebant, dicuntur pectori vice ſymboli alligaſſe fruſtum panis & caſei, quo ſignificarent, ſe arma arripuiſſe, pro tenui ſolummodo victu retinendo. (Vid. *Velii* Hiſtor. Vrbis Hornæ, & d'*Orlers* Hiſtoria Vrbis Leidæ. *Schoock.* l. 1. de Sedit. c. 38.) Cum plerique ruſticorum Helvetiorum ſe immerſiſſent profundo egeſtatis, & durius haberentur à præfectis agrariis, denique maximum damnum incurriſſent ob diminutum pecuniæ valorem, ann. 1653. conſpirarunt inter ſe, & exercitu 20000. cujus Dux erat *Nicolaus Leeuvvenberger*, ruſticus Bernenſis, tantam inſolentiam exercuerunt, ut obviis non modò nares & aures præciderent, ſed & oculos effoderent: Bernam & Lucernam obſidione cinxerunt; ſed tandem à Fœderatis Helvetiis cæſi ac diſſipati fuerunt (Vid. *Theatrum Europæum* ad annum 1653.) Baſileæ in armamentario adhuc oſtenditur clava Leubergeri ferreis ſpiculis

in

in extremo bene terebrata (ein Morgenſtern vulgo vocatur.)

XXX. [a] *Fax undecima ſeditionis eſt Metus* [*Ariſt.* l. 5. Pol. c. 1.] oppreſſionis vel pœnæ. Quod ſi enim quidam ſibi conſcii ſint, ut judicent, jure poſſe & debere dominum aſperius agere, jamque paratum videant ad cruciamenta & exitia, ſatius putant prævenire, quàm præveniri, omniaque tentant, ut evadant. Imò *ſi multi timent, nulla vis imperii tanta eſt, quæ pramente metu poſſit eſſe diturna*, inquit *Adam Conzen.* [l. 9. Pol. c. 8. §. 6.] Præceps ergo ad ſeditionem improbitas, quæ, ut pœnas, quas merita eſt, effugiat, aut antevertat, motus concitare, & Rempublicam potius, quàm ſe perdere vult. Metus hic adegit C. Iul. Cæſarem, ne dimiſſo exercitu privatus Romam & domum reverſus à potentiſſimis inimicis atque æmulis opprimeretur. Idem pœnarum metus Catilinam ultima experiri impulit. Pericles propter malè expenſam pecuniam publicam, & quinquaginta quinque talentorum metu, ne rationes coge-

[a] *Metus cauſa ſeditionis.*

cogeretur reddere, ex conſilio pueri Alcibiadis, bellum excitavit Peloponneſiacum, ut autor eſt *Plutarch.* [in Apohregmat.] De Graccho vid. *Flor.* [l. 3. c. 14. in pr. ibique Zevecot.] De Bohemis tumultuantibus vid. *Ioh. Cluver.* [lib. 10. Epit. Hiſtor. pag. 703.]

XXXI. [a] *Fax duodecima ſeditionis eſt Otium,* pulvinar illud Diaboli, quod ad turbas populum tam togatum, quam ſagatum diſponit. Romani cum metu Carthaginis eſſent ſoluti, & ſegne otium ſequerentur, turbæ ſtatim enatæ. Hinc Appius Claudius crebro dicere ſolitus: *Negotium populo Romano melius, quàm otium committi*; quod animadverteret prææpotentia imperia, agitatione rerum ad virtutem capeſſendam excitari, nimiâ quiete in deſidiam reſolvi. Et ſanè negotium nomine horridum, civitatis noſtræ mores in ſuo ſtatu continuit; blandæ appellationis quies plurimis vitiis reſperſit, ait *Valer. Max.* [l. 7. c. 2. §. 1.] Et Salluſtius [in Iugurthâ] inquit: *Quod in adverſis rebus optaverant otium, poſtquam adepti*

[a] *Otium cauſa ſeditionis, ut nimia felicitas.*

*adepti ſunt, aſperius acerbiuſque fuit.* Aquę ſtantes putredinem primò incurrunt; populus pariter, ſi labore non exerceatur, ad motus pronus fertur; Civitaſque negotioſa, ſi negotium cum otio commutet, confeſtim evertitur. Homines nihil agendo malè agere diſcunt, ideoque ſemper aliquid age, ne te Diabolus otioſum inveniat.

*Otium Reges prius & beatas*
*Perdidit urbes*

De otio militum vid. *Vell. Patere.* [l. 2. c. 78.] *Senec.* [Epiſt. 56.] Similiter felicitas, otii ſocia, domeſticorum motuum cauſa exiſtit. Cauſam inteſtini belli inter Cæſarem & Pompeium fuiſſe nimiam felicitatem *Florus* [l. 4. c. 1.] rectè aſſerit.

XXXII. [c] *Fax decimatertia turbarum civilium eſt Monetæ inæqualitas,* quæ hoc noſtro præſertim ſeculo non leviter aliquot perturbavit Reſpublicas. Certè æruſcatores & financiarii (die Kipper und Wipper) Germaniam noſtram plus quàm tricennale bellum civile afflixerunt,

c *Monetæ inæqualitas turbas in Rep. excitat.*

afflixerunt, ac durante bello Bohemico per illorum nequitiam Imperialis nummus argenteus ad ſedecim florenorum æſtimationem elevatus. [Vid.pl.ur.b.Tract. meus de Quatuor Elementis Iuridicis, pag. 821. & ſeqq.] Iſtis temporum vitiis quidam Germaniæ Principes à malignis ejuſmodi æruſcatoribus ita fuerunt exhauſti, ut alienâ quadrâ vivere cogerentur, adeò atrociter graſſati fuerunt illi officinarum monetariarum conductores & pecuniæ publicæ adminiſtratores. Tempore Henrici Caſtiliæ Regis monetæ non probæ duo genera percuſſa, metallis adulteratis. Vnde ut præſenti inopiæ ſublevandę magnum compendium eſt factum; ita in poſterum rerum venalium auctis pretiis majori difficultate provincia eſt implicata [*Mariana* lib. 17 cap. 14] Poloniæ verò Regnum per monetę lenocinia ann. 1632. graviſſima damna fuit perpeſſum, dum nimirum Monetales Regii depravarunt monetam, adeò, ut, cum initio Sigiſmundi Regis nummi conſtarent ex argento juſtæ probitatis, poſtea veteribus in novos recuſis, & in dies vilioribus divulgatis, ad

extremum non niſi æneì, exiguo immiſto argento, confuſi in toto Regno numerarentur [ Piaſecius in Chronic. noſtr. temporis ad an. 1632.] Wenn zu Kriegs-Zeiten die Müntz geſteigert/ und hernach wider devalviret wird / ſolches erreget auch viel Tumults.

XXXIII. *Fax decimaquarta tumultuum* in civitate *eſt uſuraria pravitas.* Etenim ſi uſurę ſint nimię, aut crudeliter exigantur, debitores conſpiratione inita tumultuantur, & rempublicam caſui exponunt. Vtbi Romanę vetus fœnebre malum ſeditionum diſcordiarúmque creberrima cauſa extitit [ Vid. *Tacit.* l. 6. Ann. c. 16. *Flor.* l. 1. c. 33.] Ob improbum fœnus Iudaicum tumultuatum Francofurti ad Mœnum fuit Ann. 1614. & an. 1615. Wormatię; inſuperq; an. 1647. inter præcipuas rebellionis cauſas Coſacci adverſus Coronam Polonię allegarũt improbũ Iudæorũ fœnus [ *Schoork.* lib. 1. de Seditio. c. 32.

XXXIV. *Tribuũ diſſẽſiones* porro 15. *facem* tumultib° civilib. [præbẽt. De Sutorib° Bononięſ. vid. *Sigon.* (l. 20. de Regno Ital.) Florẽtię olim nulla fuit tribus, quę majorẽ tur-

bam aleret, quàm ea quę lanā exercet. (*Machia.* l.3. Hiſt. Flor.) De textorū Lovanienſiū turbis vid. *Diva*⁹ (l.1. Rer. Brab. add. Act. 19. 24. 2. Tim. 4. 14.) Quomodo rumores interdum ſeditiones concitent vid. *Schoock.* (Tract. cit. l.1. c.34.) Nobile exemplum eſt in Hiſtoria Moſis Num. c.13. & 14.

XXXV. *Decimaſexta fax ſeditionis*, tam ex parte imperantium, quàm parentium, *eſt* * *Contemptus* [*Ariſt.* l. 5. Pol. c. 1.] Veriſſimum eſt illud Curtii Majeſtatem [id eſt venerabilem autoritatem] eſſe omnis imperii tutelam; qua pereunte, Reipublicę ſtatus in alium ſtatum convertitur. Quamprimum Princeps contemnitur, etiam viliſſimus contra illum conſpirat. Chilpericum ignavum Regem Francorum Pipinus Major Domus de throno deturbavit: Wenceſlaus Cæſar ob contemptum depoſitus. Contemptum autem incurrunt Principes [1] ſi moli regiminis civilis non ſufficiant, ut Chilpericus & Wenceſlaus modo adductus [2] Si dediti ſint ventri, & omnis generis voluptatibus, ut Sardanapalus, Heliogabalus & alii, lutulentis ſuibus ſimiles

* *Contemptus cauſa ſeditionis.*

Principes fecerunt. [ 3 ] Si ab aliis, tanquam infantes, regantur, ipſi negotiorum publicorum expertes. Audax eſt Princeps nimium, qui, ut amet unum, reliquis ſe inviſum facit. [ *Comin.* lib. 4. de Reb. geſt. Ludovic. X I. ] Exempla recentia ſunt odioſa. [ 4 ] Si nimium ſint lenes & præpoſtere clementiam exerceant. Henricus I I I. Legionis & Caſtellæ Rex dum aſſiduè lenis eſt, tandem fulcrum Imperii, autoritatem ſcilicet amiſit; unde ſubditi, metu & reverentia Principis excuſſa, Eliſabetham Ferdinandi V. Regis uxorem præfecerunt reipublicæ. Carolum I. Angliæ Regem quid aliud perdidit, quam nimia lenitas? [ 5. ] Infelicitas in bello Principibus quoque parit contemptum. De Xerxe vid. Iuſtin. (lib. 3. c. 1.) De Sennacheribo vid. *Eſai.* 37. ℣. 37. [ 6 ] Sordida avaritia quoque autoritati Regum & Principum magnam adſpergit labem. Ferdinandus Rex Arragoniæ & Neapolis nullum mercaturæ genus non exercebat, adeo ſordidus & illiberalis, ut etiam porcos diſtribueret ſaginandos alieno ſumptu, quo eſſent vendibiliores, quos ſi contigiſſet perire, tum eos, qui ſuſcepiſſent alendos,

damnum ei præſtare oportebat. Per Apuliam, quanti vellet, emebat quicquid erat olei, & frumentum aliis in locis, antequam maturuiſſet, & quanti omnino poterat, divendebat. Quod ſi forte propter earum rerum copiam remitteretur pretium, cogebantur tamen homines ad ipſius arbitrium atque præſcriptum emere, & quamdiu ſuppeteret ipſi, quod venum daret, non licebat aliis quicquam diſtrahere. Ex nobilitate, qui rem familiarem curabant, & paulo erant lautiores, ab iis pecuniam, & quicquid ejus animo allibuiſſet, mutuabatur, aut etiam invitis eripiebat, & paſſim habebat equorum greges, quos alii cogebantur ei propagare & enutrire. (*Comina.* lib. 2. de Regno Neapolitano.) In Oligarchiis porrò plebs, excluſa dignitatibus & magiſtratu, potentioremque ſe exiſtimans, ſuos rectores contemnere, & tandem de ſtatu turbare aggreditur, & ita ferrum ferro acuitur. Inſuper in Democratiis ſummâ exiſtente confuſione, divites & nobiles, plebis vilem gubernationem exoſi, illam opprimere intendunt. (Vid. *Ariſt.* l. 3. Pol. c. 3.)

F 3 plebs

Plebs etiam ſemper infeſta eſt nobilitati, eamque ob ſuperbiam internecino odio proſequitur; inde non patitur ſe contemni, & in honorum petitione poſtponi. Concionem turbidam Canulei Tribuni Plebis vid. apud *Liv.* lib. 4. add. *Iuſtin.* ( lib. 16. cap. 14 ) Milites quoque per contemptum poſtpoſiti turbas dare ſolent (Vid. *Iuſtin.* l. 13 c. 3. & plurib. *Schoock.* lib. 1. de Seditionib. cap. 27.)

XXXVI. *Decima ſeptima turbarum civilium fax eſt Inaqualitas* (Ariſt. l. 5. Pol. c. 1. quando proportio ordinum Reipubl. mutatur. Fit illa converſio (1) *ſenſim*, in Oligarchiis, Democratiis & Rebuſpp. mixtis, quando paulatim aliquis ordo augeſcit, & ita præ aliis prærogativam adſequitur (2) *Subito* & perſpicuè, v. g. ſi pars aliqua civitatis in prælio occumbat; quod contigit Tarenti, ubi plebs, nobilibus occiſis, oligarchiam mutavit in Democratiam (vid. *Diodor. Sicul.* lib. 2. Hiſt.) ut autem Ordinum Status in juſtâ proportione conſervetur, cavendum eſt, ne ordo alius alium anteire præſumat; id quod Ariſtoteles (l. cit.) hoc ſimili illuſtrat: *Inter membra corporis humani* (*in-*

*quit) monſtrum naſcitur, ſi unum eorum in quantitate proportionem, quam ad cætera habere debet, vincat, vel excedat. Monſtrum etiam gignitur, ſi in qualitate ſit varietas. Eodem modo in Republicâ ſi ordo aliquis nimis augeatur.* Hinc *Cicero* (lib. 3. Offic. lib. 2. ad Attic. ep. 1. lib. 1. ad Fam. Ep. 15.) in Senatorii, Equeſtris & Plebeii Ordinum concordia ſalutem Reipubl. Rom. in diſcordia peſtem ſitam eſſe pronunciat. Quem ordinum ſtatum, quia primus perturbavit Gracchus (depreſſo Senatorio, & reliquis exaggeratis) primus quoque Reip. Rom. everſor habitus eſt. Athenis olim Themiſtocles optimatum autoritc fractâ, & tenuiorum opibus viribuſque confirmatis, peſſimam Democratiam introduxit. (Vid. *Piccart.* id Politic. Ariſt. l. cit.) Tholoſanus (lib. 4. de Rep. cap. 3.) hanc ordinum contemperationem harmoniæ muſicæ comparat. Vti autem, chorda aliqua nimis ſonora, corrumpit totam harmoniam, ita ſi ordo nimis augeatur. Imperii Germanici ſalus in contemperatione ordinum, Electorum ſcil. Principum, Comitum, Baronum &

Civitatum Imperialium conſiſtit; quæ hodie valde etiam langueſcit, partim religionum diſſidiis, partim contemptu, odio & invidia Rerumpublicarum, quæ tamen (ut Sapientiſſimus Princeps dixit) pulpa ſunt & caro Principum oſſibus adhærens (Vid. pluribus *Burgoldenſis* part.2. ad Inſtrum. Pac. Diſc. 4. ubi agit de Electorum prærogativâ.) Det Deus O. Max. ut tandem Imperii Sacro-Sancti Auguſtiſſimum Caput & Auguſta Membra, & hæc inter ſe ſuaviſſimâ harmoniâ unum concentum faciant. Sic enim nullus externus hoſtis illud contundere, neque adverſus illud prævalere poterit. Salva maneat Electorum prærogativa legitima præ Principibus & Ducibus: Civitates etiam Imperiales in ſuo immedietatis ſtatum maneant illæſæ. Nec enim ferenda ſunt eorum turbulenta conſilia, qui urbium Imperialium ſubjugationem Principibus Germaniæ perſuadere volupe habent; Exiſtunt illi oſores Pacis, ſtatimque, ſi Civitates illæ invadantur, Imperator exiſtet Defenſor, atque ita Imperiales turbę, diſcordiæque rurſus orientur. Id quod Deus clementer prohibeat! Belgium Fœderatum quare

ob inæqualitatem Provinciarum non pereat, exponitur à Dn. Conringio & Schockio in parte 3. Theſauri Rerumpublicarum. Cauendum tamen eſt, ne Amſtelodamum, membrum Hollandiæ nimiâ potentiâ præditum, aliquid monſtri alat, uti tempore Cromvvellii, Protectoris Angliȩ, fecit. Inſignis Germaniæ Politici vox à me olim excepta: Es were gut wen Amſterdam halb unter ginge; weil ſolch membrum Politici corporis gahr zu groß würde; id quod tamen cum micâ ſalis accipiendum. Pomæria illius urbis adhuc de novo ita ſunt dilatata, ut magnitudine hodie Lutetiam Pariſiorum ſi non vincat, tamen æquet. Credo quod unica illa urbs in hodierno bello Gallo-Hollandico plus contribuat, quam reliquæ omnes Hollandiȩ Civitates.

XXXVII. [a] Hactenus vidimus ferè omnes civilium diſcordiarum cauſas; ubi tamen adhuc notandum, quod ſeditionum cauſæ non ſemper naſcantur atque concipiantur in ipſis reipublicȩ viſceribus, ſed non raro dividatur ratione ſociorum & vici-



a *Sæpe cauſæ ſeditionum non doni ſed foris naſcuntur.*

cinorum, civilibus motibus inter ſe diſcordantium. Libertati Græciæ civitatum dum inſidiatur Philippus Rex Macedoniȩ, contentiones illarum aluit, & victos pariter victoreſque ſubire regiam ſervitutem coëgit (*Juſtin.* lib. 8. c. 1.) Tota concuſſa eſt Italia, dum alii Guelphorum, alii Gibellinorum partes in gratiam Pontificis & Cȩſaris ſecuti: Hodie adhuc ratione Hiſpanorum & Gallorum, immortali quaſi odio à ſe invicem diſſidentium, Romæ non modo diſſident Cardinales factionis vel Hiſpanicȩ vel Gallicȩ, ſed etiam ipſi Principes Italiæ, qui dum nonnulli Regi Galliarum, alii Regi Hiſpaniarum adhærent, Italia ſemper manet diviſa. Odia etiam hæreditaria inter populos non longè diſſitos, ſunt veluti fomes diſſidiorum domeſticorum v. g. inter Hiſpanos & Gallos &c. (Vid. *Comine.* lib. 10. de reb. geſt. Ludovici X I.) De cauſis ſpecialibus, ob quas contingat Imperium Monarchicum concitari vid. *Schoock.* (l. 1. de Sedition. c. 40.) De cauſis ſeditionum militarium videatur idem Autor l. cit. c. 41.

XXXVIII. [b] Præter cauſas conjurationum

b *Conjurationum aliæ cauſæ.*

tionum ſupra tactas, ſunt etiam hæ (1) *Deſiderium liberandæ patriæ*, per vim à tyrannis occupatę. Exemplum in Republica Romana contra Iulium Cæſarem ſuppeditant Brutus & Caſſius: In Belgio Egmondanus & Hornanus Comes, qui Bruxellis contra Philippum II. Rex Hiſpanię conjurarunt. Contra Cardinalem Richelium tempore Ludovici XIII. Regis Gallię etiam plurimi conſpirarunt, qui tamen ultimo ſupplicio affecti. De Henrico d'Effiat, Domino de Cinq Mars vid. *Vittor. Siri* (pag. 1223. 1224.) (2) *Injuria à Principibus illata* (3) *Magnitudo beneficiorum in aulicos collatorum*: Hi enim magis formidabiles ſunt, quam qui plurimis injuriis affecti fuere. Exemplum de Sejano, Plautiano, & Cornificio Vlefeldio Nob. Dano, nota ſunt [vid. *Machiavell.* in Diſſert. Polit. ad Livium cap. 6.] Wallenſteiniū, exercitus Ferdinandi II. Cæſ. Generalem ambitio neci dedit a. 1634. De prædicto Vlefeldio ex anonymi cujuſdā ſcripto, cui titulus *Machinationes Cornificii Vlefeldii*; ſequentia excerpere, atque huc apponere placuit: In Cornificio Vlefeldio ſumma

extitere omnia, quæ hominem aulicum commendant; Illuſtris & heroicę familię gloria, ſtatura corporis procera & formoſiſſima, vaſtus animus, magna apud omnes autoritas & laus civilis prudentię maxima. Vnde illum Chriſtianus IV. multis jam honorib⁹ auctum in altiſſimum dignitatis faſtigium evehere, & in regno Danię Aulę Magiſtrum, primum inter Proceres conſtituere, ſuorumque omnium conſiliorum participem facere non dubitavit, datâ ipſi in matrimonium Eleonorâ, filiâ majore natu, quam poſt mortem Reginę ex Chriſtinâ nobili fæminâ procreavit. &c. Vt omnibus numeris abſolutus dici potuiſſet, ſi innata ſibi ambitio, quam habendi libido plerunque comitatur, & nimia ſui vindicta abfuiſſent. Rege adhuc ſuperſtite, ita ſe temperavit, ut nihil commiſerit, quod jure à quoquam reprehenderetur &c. niſi quod paulo ante Regis, jam ſeptuagenarii, obitum, ex quo Chriſtianus V. electus Princeps ad Egranos Bohemię fontes iturus, Dreſdæ in Saxonia ſupremum diem expleviſſet, cura monetę cudendę, cujus inſcriptio: *Iuſtus Iehovah judex.*

*judex*, parum fideliter gereret, octavâ parte de majoribus nummis, dimidia de minoribus defraudata. Vixdum autem Rex Hafnię vitâ exceſſerat, ubi ſtatim inſurgere, omnium rerum adminiſtrationem ſibi potiſſimum arrogare & plurima miſcere cæpit. Magnum privati affectus ſui indicium primo erupit, quum paucis à Regis deceſſu interpoſitis diebus, Concubinam Regiam, cui Wibicha nomen, propero fato, & prę mœrore,ut ferunt,extinctam, denegatis exequiis, nocturno tempore viliſſimo vehiculo contumelioſe impoſito funere, extra urbem in pauperum cæmiterio ſepeliri curaret. Fuit hęc Chriſtinę, cujus ſupra meminimus, à cubiculis, cumque Regi revelaſſet, ipſi à Dominâ ſuâ venenum parari, Rex illam, repudiatâ Chriſtina, ejus loco amavit, atque Vldaricum Chriſtianum Guldenlev &c. ac filiam, quæ Alefeldio Nobili Holſato nupta eſt, ex eadem ſuſcepit.Hac de cauſa incenſum erga eam totius Vlefeldianę familię odium indeſinenter flagravit &c. Tunc quoque illi certamen adverſus Brochmannum, Seelandię Epiſcopum de Coronæ

&

extitere omnia, quæ hominem aulicum commendant; Illuſtris & heroicę familię gloria, ſtatura corporis procera & formoſiſſima, vaſtus animus, magna apud omnes autoritas & laus civilis prudentię maxima. Vnde illum Chriſtianus I V. multis jam honorib⁹ auctum in altiſſimum dignitatis faſtigium evehere, & in regno Danię Aulę Magiſtrum, primum inter Proceres conſtituere, ſuorumque omnium conſiliorum participem facere non dubitavit, datâ ipſi in matrimonium Eleonorâ, filiâ majore natu, quam poſt mortem Reginę ex Chriſtinâ nobili fæminâ procreavit. &c. Vt omnibus numeris abſolutus dici potuiſſet, ſi innata ſibi ambitio, quam habendi libido plerunque comitatur, & nimia ſui vindicta abfuiſſent. Rege adhuc ſuperſtite, ita ſe temperavit, ut nihil commiſerit, quod jure à quoquam reprehenderetur &c. niſi quod paulo ante Regis, jam ſeptuagenarii, obitum, ex quo Chriſtianus V. electus Princeps ad Egranos Bohemię fontes iturus, Dreſdæ in Saxonia ſupremum diem expleviſſet, cura monetę cudendę, cujus inſcriptio: *Juſtus Jehovah judex*.

*judex*, parum fideliter gereret, octavâ parte de majoribus nummis, dimidia de minoribus defraudata. Vixdum autem Rex Hafnię vitâ exceſſerat, ubi ſtatim inſurgere, omnium rerum adminiſtrationem ſibi potiſſimum arrogare & plurima miſcere cæpit. Magnum privati affectus ſui indicium primo erupit, quum paucis à Regis deceſſu interpoſitis diebus, Concubinam Regiam, cui Wibicha nomen, propero fato, & pręmœrore, ut ferunt, extinctam, denegatis exequiis, nocturno tempore viliſſimo vehiculo contumelioſe impoſito funere, extra urbem in pauperum cæmiterio ſepeliri curaret. Fuit hęc Chriſtinę, cujus ſupra meminimus, à cubiculis, cumque Regi revelaſſet, ipſi à Dominâ ſuâ venenum parari, Rex illam, repudiatâ Chriſtina, ejus loco amavit, atque Vldaricum Chriſtianum Guldenlev &c. ac filiam, quæ Alefeldio Nobili Holſato nupta eſt, ex eadem ſuſcepit. Hac de cauſa incenſum erga eam totius Vlefeldianę familię odium indeſinenter flagravit &c. Tunc quoque illi certamen adverſus Brochmannum, Seelandię Epiſcopum de Coronæ

&

& Sceptri cuſtodia exortum eſt, quæ Regni inſignia, Epiſcopus pro offi.ii ſui ratione, durante interregno, ſibi committenda eſſe, antiquo jure probavit. Inde ubi in Ordinum concilio, penes quos eligendi arbitrium erat, de novo Rege conſultatum etiam, ipſique, ceu aulæ Magiſtro, propoſitionem facere incumberet, plurimâs difficultates movit. Ex Regiis filiis, unicus Fridericus Archiepiſcopus Bremenſis ſupererat &c. ad hanc electionem proximus &c. Huic ne deferretur imperium, niſi vetera Nobilium privilegia redintegrare, & in novas leges jurare, ac permittere vellet, ſe de nullâ re, inprimis initio regiminis, ſine Procerum conſenſu decretu-rum, maximopere anniſus eſt &c. Qui altiora ſunt ſcrutati Vlefeldium ſpe occultâ ſemetipſum hac fortunâ gaudere, ac pendentibus ſuffragiis, injectiſque impedimentis, rerum potiri poſſe &c. exiſtimant. Cunctorum tamen ſententiis, qui unanimi voto Archiepiſcopum ſibi Regem depoſcebant, præfractè refragari, quicquid etiam moliretur, ipſi non fuit integrum. &c. Electo itaque & an. 1648. men-

menſ. Novemb. coronato Friderico, Vlefeldius Portam Triumphalem, ſub qua è templo redeunti Regi palmarum rami ab obviis exhiberentur, nocte proxima demoliri juſſit. Quo facto Regiam Conjugem, Sophiam Amaliam, Luneb. Duciſſam, quæ poſtridie ejus diei, ut & illa dicto in templo coronaretur, per eandem viam ex arce deſcenderat, vehementer irritavit. Atque idem ab illo tempore, quum varias indueret formas, non ſine cauſa omnes ejus actiones Regi ſuſpectæ fuerunt. Ipſe Senatorum Princeps raro in aula comparere, anniverſariis comitiis ſponte ſe abdicare, rem quamcunque ſimulare ac diſſimulare. Vxor virilis audaciæ fœmina, omnibus ſe ferociter præponere, cum ipſa Regina ſimultates exercere *&c.* Exacto interim triennio, quid uterque eorum in animo volveret, ac inſidiæ, quas Regi ſtruebant, detectę ſunt *&c.* Initium hujus tragœdiæ fecit Dina, muliercula ob egregiam formam Hafniæ notiſſima, cum qua clam uxore conſuevit Vlefeldius *&c.* Hæc valde familiariter utebatur Georgio Walthero Regii exercitus in Hol-

Holſatia Colonello, cui fortè enunciat, Regi ab aulæ Magiſtro perniciem imminere. Is &c. protinus quæ intellexerat ad Regem defert, qui mulierem ad ſe venire præcipit. Comparuit illa & dicta confirmat, his præſertim circumſtantiis: Se cum Vlefeldio in eodem cubaſſe lecto, in interiore parte ædium, quò ſubinde per poſticum intromiſſa fuerit, atque uxorem ejus mane quodam intraſſe, poculum ferentem præparato veneno repletum, quod Sperlingius, intimæ apud Vlefeldium admiſſionis Medicus præſcripſiſſet, cumque Marito ſuo de loco & tempore quo id Regi propinarent, multa commutaſſe verba, quæ à ſe obſervata fuere, dum injecto ſtragulo, ne quis eam adeſſe ſentiret, ſe occultaverit *&c.* Qum Rex iſta cognoviſſet tempus expectare decrevit, quò ſe res ipſa proderet, *&c.* ſimul tamen animum ad cavendum ſedulò attendit. Cum verò Vlefeldius rem diſpalatam animadverteret, fortè quid ſubolens, illud quod prius de veneno intenderat conſilium, ad aliud facinus tranſtuliſſe apparuit. Nam haud multo poſt ſicarios ſubornatos,

&c me-

& media nocte ante Regis cubiculum in ambulacro fuiſſe, certiſſimo ſigno, quod nimio canis moloſſi latratu exterriti, clavem, antehac amiſſam in foribus, peſſulo interius obſeratis, reliquiſſent, primo diluculo palam quoque innotuit *&c.* Vlefeldii conatus quum publica fama ſpargetur; Dina, quæ de hiſce nefariis conſiliis ſciret, publica autoritate fateri juſſa idem, quod antea Regi ſecretò commemoraverat, ordine & iiſdem verbis coram judicio repetit. Dies etiam dicitur Vlefeldio, qui Procuratorem miſit, Waltherus & Sperlingius citati ſe ipſos ſtitere *&c.* Sic diſceptata in foro cauſa & auditis ultro citroque teſtimoniis, totum negotium ad cognitionem Supremi Senatus remittitur. Præter Dinam autem nemo in vinculis tenebatur. In jus vocantur denuo præfati omnes, quibus Vlefeldius centum ſtipatus cujuſcunque generis hominibus, ipſe demum cum reliquis in judicium venit. Dina quum à reo ante regium tribunal vera ut diceret exhortaretur, ſeu metu, ſeu animi mobilitate, ſeu ſpe cum adverſario redeundi in gratiam, ſeu alia quacunque

cunque re impulſa, neque de veneno, neque de concubitu, neque de puero nato aliquid certi aſſirmans, omnia dicta ſua revocavit. Sed miſeræ fœminæ hæc confeſſio exitioſa fuit, neque dabatur excuſationi locus, quum poſtea pronunciaret, ſibi magicis artibus mentem fuiſſe everſam. Manebat opinio, Aulæ Magiſtrum omni prorſus culpa, non vacare. Decrevit ergo Senatus indicium Dinæ falſum videri, eamque capite plectendam; Waltherum Sperlingium, & Simonem Henningues Eccleſiaſtem ad Domini Petri, tanquam conſocios, Regno præſcribendos eſſe, de Vlefeldio Rex ipſe ſtatueret. Quum jam illa ad ſupplicii locum duceretur, implorata adverſus Aulæ Magiſtrum, & Simonem Henningues divinâ vindictâ, ſe innoxiam alieni ſceleris pœnam ſubire miſerandum in modum conqueſta eſt. Adhæc Vlefeldius ab irrogato Dinę ſupplicio primâ quæ inſtabat nocte, cõvaſatis rebus, cum uxore, liberis & domeſticis ſuis pleriſque in navem ſe recipit, inque Hollandiam demigrat, deque reditu ſuo ex impoſitâ ſummo ædium ſuarum cacumini Ciconia

coniæ ſtatuâ, cuique pro arbitrio conjectandum reliquit *&c.* Fertur de ciconia illam non poſſe pati Regem. Hinc factum ut totius actionis proceſſus Danicâ&Germanicâ linguâ publicaretur, ſimulque abſenti Senatoria dignitas ſublatâ, inque ejus locum Ioachimus Gerſdorfius Aulæ in Regno Daniæ Magiſter ſit declaratus. At ille id ægrè ferens ad Suecos properat, ibique apud Chriſtinam receptus Comitis titulum ſibi acquiſivit *&c.* Quibus ita conſtitutis Apologiam Straleſundii impreſſam edidit, in quâ oſtendit, invidiam obſtitiſſe virtuti ſuæ, Regemque falſa ſuſpicione à ſe alienatum & ſe fictis circumventum eſſe criminibus. Dinam ſolam deliquiſſe, quumque ad evitandam Regis iram ſponte ſit profectus, culpam ex fugâ non eſſe arguendam. Mox ubi Chriſtina ſeſe imperio Succiæ abdicaſſet, ac bellum in Polonos à Rege ſucceſſore Carolo Guſtavo appararetur, & poſt Suecorum armis in Daniam transferrentur, occaſionem vindictæ adeptus, illuc unà cum exercitu abiit, ibique multum conſiliis ſuis R. Dan. nocuit. Pace facta Rodſchildi inter alia quoque cautum : Ne Cornifi-

cius Comes ab Vlefeld anteactarum rerum accuſaretur, néve mulctaretur, utque ædes ſuę cum bonis & fundis in integrum reſtituerentur. Et hac ratione reliquam domi ſuppellectilem Hafniâ recepit. Pace ſubitò neſcio quibus de cauſis diſruptâ, Vlefeldius in Scania commoratus, Rege Suecię febri malignâ, ſi Medicis credendum, extincto, id operam dedit, ut Scanię provincia in poteſtatē Danorum rediret. Id quum non bene celaret, Scanię in cuſtodiam traditus eſt. Pace regni, Arctois redditâ per ſolertiam famuli ſui, fugâ ſalutem quæſivit, ſumptoque Sacerdotis habitu ſinum Codanum cymbâ trajecit, & cum uxore ſuâ Hafniam excurrit. Sed nequicquam opportunè hæc res cecidit. Quippe ſub idem tempus Danię ordines poſt ſervatam urbem, de regni hæreditate, ob ſummam virtutem Regi & ejus familię utrique ſexui in ſeros nepotes ferendâ tranſigebant. Et quia negotium illud quandiu non eadem ſententia eſſet, incertam adhuc volvebat ſortem, periculum erat, ſi in urbe maneret Vlefeldius, cui non pauci tacitè favebant, ne nova diſſi-

diſſidiorum ſemina ſpargeret. Hac conſideratione navis, quâ unâ cum uxore Bornholmiam deveheretur, adornata eſt, additis militibus, qui hoſce Conjuges captivos ducerent. Omni ſpe ſalutis præciſa, tentavit quoque conſilium elabendi ex captivitate Bornholmienſi; ſed fruſtra. Rebus in Daniâ ex voto compoſitis, & populi univerſi poteſtate in ſolum Regem tranſlata, Comes Ranzovius, Campi-Magiſter Schackius, Chriſtophorus Calebius, & alii Regii Miniſtri, cupientes illum reconciliare, fidem ſuam pro eo apud S. R. Majeſt. interpoſuerunt. Horum precibus vinculis exemptus, Hafniam revertitur & deprecatoriis literis ac jurejurando conteſtatur, ſe priorem malevolentiam ſalubrioribus conſiliis & tenaci erga Regem fide emendaturum. Quibus peractis in horto Regio publicum illi apponebatur prandium, quò omnium ſubſelliorum homines catervatim confluxerunt, quemque olim ætate integrâ ſummis honoribus maximè florentem venerati erant, nunc variis caſibus collabefactum ſenem tantò avidius ſuſpexere. Totus ex captivo

liber

liber & ſuus factus, idem beatus eſſe potuit, ſi affectibus ſuis tandem aliquem modum impoſuiſſet. Sed iis nimium quantum indulgens, mutatum nuper Regni ſtatum nunquam approbavit, quem ne coram aſpiceret, rogata brevi profectionis venia, Amſtelodamum, ad diſponenda rei ſuæ familiaris negotia, ſe contulit, ubi potius in excubiis fuit. Quamprimum certior factus erat, Fuchſium, in quem propter carceris cuſtodiam implacabile conceperat odium, Brugis Flandrorum degere, Filium natu maximum Chriſtianum eò amandavit, qui fratrem & famulos quoſdam comites ſibi adjungit, quorum tutelâ fretus, adverſarium ſuum in publicâ via, curru cum conjuge vectum, pugione pectori infixo, perfidiosè interfecit. Purgat ſe illico Vlefeldius parens, datis ad Regem literis quibus aſſeverat, filium ſuum ſe inſcio hoc facinus commiſiſſe. Vix dum fama de Fuchſii cæde percrebuerat, ecce alius de nova Vlefeldii, adverſus Regem Regnumque machinatione, Aulam obſtupefecit nuncius. Tandem totius Collegii Status ſententia læſę

ma-

majeſtatis & proditionis Patriæ tali ſupplicio condemnatur, ut amputata dextra & capite truncato, corpus in 4. partes dividatur, ipſe, uxor, liberi, & hinc deſcendens familia infames haberi, Daniæ ac Norvvegiæ Regnis perpetuum exeſſe debeant, ædes quas incoluit funditus diruantur, & omnibus bonis in regium fiſcum ademptis, memoria ejus omnino extinguatur. Hinc nomen ejus redditum tam odioſum, ut ſeparato cognomine *Cornificius* per contumeliam appellaretur. At veram accuſationis cauſam, irrito labore hactenus ſciſcitati ſunt. Vulgo fertur illum impatienter tuliſſe novi abſoluti Regiminis Reformationem, ejuſque rurſus abolendi cauſam cum Electore Brandeburgico per internuncios egiſſe, de occupanda per vim Dania verum Electorem generoſo pectore noxium ac periculoſum hoc inceptum Regi clanculum communicaſſe. Atque illud non temere divulgandum fuiſſe aiunt, tam ob conjuratores, ſi qui afforent, perſequendos, quàm ob autorem ipſum comprehendendum. Ingens utique denominatum eſt præmium, ſi quis illum

illum indicaſſet, vivumque vel mortuum tradidiſſet, ſcriptumque ea de cauſa ad exteros Reges ac Reſp. & miſſi in varias regiones exploratores, qui uxorem ejus in Anglia offendentes, navi impoſitam ſecum abduxerunt, poſtea examinatam, & ad perpetuos carceres relegatam, in quibus adhuc in Hafnienſi arce aſſervatur. Nemine porro qui ad ſocietatem proditionis pertineret invento, & incaſſum quæſito Vlefeldio juxta latam ſententiam bonis publicatis, in effigie, ut vocant, exequebatur ſupplicium: inſignia ejus gentilitia in tabula depicta, a carnifice conſpurcata, pedibus calcata, diſciſſa & ex arce in foſſam præcipitata ſunt, dextra & caput ex ſuperiori curiæ cœnaculo partes trunci in vallo ſuſpenſæ, & deſtructarum ædium loco lapidea columna erecta eſt. Cæterùm ipſe Vlefeldius nuſquā gentium ſecurus, ſperans in Helvetia omnium facillimè ſe poſſe celari, in Academiâ Baſileenſi cum tribus filiis, filiáque unâ, tecto nomine ſe Ephorum Nobilium Batavorum dicens, diu latuit, uſque dum rixa ibidem inter Capitaneum Tigurinum & filium

filium excitatâ, quales eſſent cognoſcerentur. Hac neceſſitate coactus Senior Vlefeldius quamvis graviſſimo pectoris morbo laboraret, Rheno deſcenſurus, ſine ullo ſuorum Comitatu navem pro ſe ſolo conductam, ingreſſus eſt, ubi confeſtim prope Neoburgum oppidum, paulo ante fluvialis aquę hauſtum recreatus, doloribus ſuis remedium, & ærumnarum requiem mortem invenit anno 1664. menſ. Febr. Defuncti corpus per remiges, qui ex auro gemmiſque, inter exuvias repertis, non vulgarem hominem fuiſſe coniiciebant, è navi in proximum cœnobium aſportatum eſt. Quod deinde filii, non diſſimulatis amplius nominibus, ſeque, ut theſaurum recuperarent, legitimos Vlefeldii hæredes profeſſi, Baſileâ repetitum venientes, ne à quoque inveſtigaretur, in campo ſub arbore infoderunt. Hic fuit exitus tanti, tamque præclari noſtro ſeculo Viri, qui vero ſuo, ſed infeliciſſimo exemplo nos docuit, quàm gravi lapſu res humanæ ad ſummum productę, propria noſtra culpa plerumque decidant, ut & hic locum habeat, quod in vita Pom-

 ponii

ponii Attici annotatum legimus: *Suos cuique mores conciliare fortunam*. Hæc ex Autor. anon. cui tit. *Machinationes Cornificii Vlfeldii.*

XXXIX. [a] Solent autem conjurationes nundinarum, nuptiarum, feriarum, aliarumque celebritatum tempore expediri. Ita primum Belgarum fœdus contra Hiſpaniarum Regem Bruxellæ, occaſione nuptiarum Montignii, ictum eſt (*Hieron. Coneſtag.* lib. 1. de Bell. Belg.) & Hugonotarum cædes in Gallia nuptiis Navarræi procuratæ. (*Coneſtag.* lib. 5. de Bell. Belg. *Thuan.* lib. 52. Hiſtor.) In conviviis tamen conjurantes ſolent rurſus opprimi. Ita Sertorius rebellans dolo in convivio periit. Wallenſteinius cum Illoo, Kinſkio & Terskio Ægræ in convivio trucidati (vid. Theat. Europæ. ad an. 1634.) Solent porrò ejuſmodi conjurationes atque conſpirationes plerunque divinâ gratiâ detegi. Sæpe divinitatis opera hæc ſunt, ut Furias in ipſo jam ſucceſſu ſecutas ſubita ultio excipiat; ne vel unquam improbis timor, vel ſpes abſit calamitoſæ virtuti

[a] *Conjurationes quâ occaſione iniri ſoleant.*

virtuti (vid. *Ioan. Barclai.* de conſpirat. Anglicanâ.) De conſpiratione detectâ adverſus Ludovicum XIII. Regem Galliæ cujus caput *Gaſton* frater vid. Theat. Europæ. ad ann. 1642. Similiter ann. 1618. Venetiis ſexaginta tribuni militares interficere magiſtratum, urbemque delere incendio conſpiraverant, quo autore, quâ cauſa incertum eſt. Adſumpti in conſcientiam 700. circiter ex diverſis nationibus. Alii mille extra urbem per naves diſpoſiti, præparati ignes, tormenta, armaque intercindendis pontibus. Mirum eſt in tanto numero conjuratorum nihil emanaſſe. Tandem unus ex conſciis, aliud ob crimen carceri addictus, ſpe liberationis rem aperuit. Correpti qui inveniri poterant (nam multi detecta conſpiratione aufugerant) & ſupplicio affecti (*Brachel.* l. 1. Hiſt. noſtr. temp.) Hinc videmus (quum deliberationes periculoſæ, quando accuratius perpenduntur, eò ſegnius conſtitui ſuſcipíque ſoleant) ut omnes conjurationes, quibus conficiendis aliquid ſpatii intercedit, ut plurimum evulgentur (*Machiavell.* lib. 2. Hiſt. Florent. pag. 107.)

impiáque facinora tam mirabiliter aperiuntur, quàm flagitioſè concipiuntur. Conſpirationum exempla quoque occurrunt in Sacris Literis v. g. in Abſalomo (2. Sam. 15. ℣. 10. 12. 31.) Adonia (1. Reg. 1. ℣. 5.) Zimbri (1. Reg. 16. ℣. 9.) Sellum (2. Reg. 15. ℣. 18.) Pekarcho (verſ. 25.) Oſea filio Ela (verſ. 30. ſervis Amonis.) vid. plurib. *Schoock.* lib. 1. de Sedition. c. ult.

# MEMBRVM II.

## *De* CIVILIVM TVRBARVM *Antidoto & Remediis.*

XL. HACTENVS vidimus præcipua civilium motuum incitamenta; conſequens jam eſt, ut nunc etiam eorum curandorum remedia ex loco contrariorum breviter perluſtremus. Nam ſi ea, quibus evertuntur Reſpublicæ, tenemus, † ea quoque, quibus conſer-

† *Moderatum ac juſtum imperium conſervat in tranquillitate Reſpublicas.*

conſerventur nos tenere oportet. ( *Ariſt.* l. 5. Pol. c.8.). Inter ea primum eſt. *Moderatum ac juſtum imperantium imperium* In adminiſtranda enim republicâ convenit imitari ipſum Solem, quem mathematici tradunt niti quidem contra ſupremi Orbis impetum, ſed obliquè molliterque ex tranſverſo. Quicunque verò putat ſeſe anguſtè habitare, & pomæria profert, præterquam quod juſtitiam ſæpe lædit aleam utique ſubit corniculæ Horatianæ, quæ ſuffurata diverſicolores plumas, cæteris avibus abjectas, Reginam ſeſe ferebat, præter comitia & populi volatilis ſcitum: Vnde exuta peregrinis pennis, ludibrium præbuit nuda, quod naturales ſponte evulſiſſet, ut exoticis locum faceret, & quæ reliquæ erant ſimul evellerentur invitæ. Vannius à Suevis Regno pulſus; primâ imperii ætate clarus acceptuſque, poteſtatem mox diuturnitate in ſuperbiam mutans, & odio accolarum, ſimul domeſticis diſcordiis circumventus (*Tacit.* l. 12. Ann. c. 29). Sic Michael Palæologus, Petrum Arragonium in Siculos Gallos armans, dum Europam ſervat, Aſiam perdit,

Turcis in eâ ſeptem Satrapias conſtituentibus. Ita præpoſtera ſemper ambitio, & oculata à fronte à tergo cæca eſt, & dum fluctum frangit, ruit in ſcopulum. Similiter Gualtherus Florentinorum ad tempus Princeps dum nimia complecti conatus eſt, omnibus excidit. [*Machiavell.* l. 2. Hiſt. Florent. p. 124. & ſeqq: .] Ob intolerantem ferociam atque tyrannicam audaciam Albanus non valde triumphans, tandem deſeruit Belgium, credoque, quod nihil pejus eum habuerit, quam quod aliqui ſuperfuerint ejus ſævitiæ. Succeſſor ipſius Requeſentius ſimulavit magnam animi moderationem, ediditque pulchrum ſpecimen ſuæ inſipidæ ſapientiæ, dum ſignis militaribus inſcripſit: *Debellare ſuperbos parturient montes.* Texuit nimium ſua retia craſſiore filo, & propter ea paucas aves ipſis involvit. Nemo enim ſtrepitu abigit aves, quas ſuis retibus involvere cupit. Alenzonius Henrici III. Regis Galliæ Frater, an. 1583. à Belgis Gubernator. contra Hiſpanos electus, (de quo Belgæ dicunt: Hetwas ſo een angenamen Hartog

tog / als een oor Worm) Antuerpiâ, quam violenter invadere decreverat, excidit Ferunt Reginam matrem Alenzonii, cum hæc audiret in lachrymas & in has voces erupiſſe : *Vtinam , Alenzoni ante multos annos extinctus eſſes , quàm tua cauſa tantum Nobilitatis interiret , tantúmque Regno Galliæ turbarum & moleſtiæ crearetur. Quin etiam ipſum Regni ſtatum in dubium vocas, qui cum ſis Regni heres , eò te demiſeris, unde non niſi magna molitione & periculo te recipere non poſſis.* Præſagio quodam mentis videtur prævidiſſe hunc tumultum Auriacus, qui cum Alenzonio in caſtra traheretur, obfirmato animo recuſavit, affectam valetudinem & cœli gravitatem excuſans. Poſtea commune omnium Gallici nominis in Belgio extitit odium, & gens à facinore Antvverpienſi habita eſt pœne deteſtabilis. Ex quo ſatis apparet, quàm non ſit tuta diſſimilium ſocietas, quamvis ſub multa amicitiæ ſimulatione & fuco lateat. ( vid. *Busbequ.* Epiſt. 14. & 24. ad Rudolph. II. Imper. *Hubert. Languet.* in Epiſt. Polit. 34. ) Ad

modò memoratum Alenzonium redeundo is ann. 1583. Antvverpienſium libertatem invadere conatus eſt, & quidem arcem eorum, ut haberent locum, quo confugerent Galli, ſi quid petulantius aut contumelioſius in cives admitterent. Cæterum Gallorum conatus fortitudine & impreſſione Civium fuit irritus. Alenzonius, qui egreſſus portâ erat dum hæc fierent, mox recurrit & petiit, ut in urbem intromitteretur, ſed ei non alia, quàm bombardarum voce reſponſum, ac Galli omnes temerarii incœpti pœnas morte luerunt. Cùm poſtea in curiam Antvverpienſem veniſſet Auriacus reconciliationem ſuaſurus, multitudo in forum venit, magno clamore vociferans: Quiſquis autor futurus eſſet, Gallos demum in urbem recipiendi, eum ſe de feneſtris præcipitem daturos. Quo tumultu perterritus Auriacus, eâ nocte in curia quievit (vid. *Busbequ.* Epiſt. 14. 15. 16. 17. ad Rudolph II. Imp.) Ex hactenus adductis ad oculum quaſi patet, quod, quemadmodum arcus, cum nimium intenditur, frangitur; ſic etiam imperandi poteſtas,
cum

cum nimium attrahitur minimè ſit durabilis. Auguſtus Cæſar imperio utens moderatè, ſibi ſecuritatem, perennitatem poſteris peperit. Boruſſia nimis acerbè & crudeliter gubernata à Magiſtris & Ordine Teutonico ann. 1454. ſe Caſimiro Regi Poloniæ tradidit. Ordines Terrarum Pruſſiæ, in reciproca ſponſione, quam in prædicti Regis verba fecerunt, ita inter cætera: *Tot igitur & tantis pluribusq́, aliis, quas ut noſtro conſulamus honori, ſilentii tegimus velamine, oppreſſionibus, oneribus, gravaminibus, atque injuriis laceſſiti, præſertim quum illas videremus in infinitum trahi, & novo genere creſcere & augeri, ſuperbo, avaro & injuſto præfati Magiſtri & Ordinis dominio, autoritate & ſuffragio naturalis & humanæ legum renunciavimus; omnem obedientiam, fidem & ſubjectionem illis & cuilibet eorum ſubtrahendi.* (Vid. Ius Municipale Provinc. Boruſſ. pag. 27.) Cùm Philippus II. Rex Hiſpaniæ nimium adductius vellet gubernare Belgas, in ſervitutem eos redigere, privilegia ipſis eripere, dominium in conſcientias quoque affectare, per ſævam ſcil. Inquiſitionem,

inſontes veluti pecora mactare, inauditis tributis ad incitas redigere *&c.* Hagæ Comitum ann. 1581. d. 26. Iul. peculiari Manifeſto Ordines concluſerunt : Den Koning van Spanien verklaart hebben / ipſo jure vervallen van Zyne Heerſchappye / gerechtigheyt / ende Erveniſſe van de voorſeyde Landen *&c.* (Vid. de Hiſtorie der Graveliken Regering in Holland. pag. 160. & ſeq. & Commentariol. de Statu Fœder. Belg. cap. 1.) Scite in rem præſentem Thomas Campanella : *Caveat ſibi Rex Hiſpaniæ, ne unquam in populos illos potentiam ſuam abſolutam exerceat, in quibus ordinaria locum habere poteſt. Nam ille modus agendi tyrannorum proprius eſt; hic verò bonorum Regum. Et abſoluta poteſtas potius tempeſtas, quam poteſtas eſt.* Hæc ille: (de Monarch. Hiſpan. c. 27.) Wen die Fürſten ſich unterſtehen in Beſtimmung ihrer Regiments und Staats-Lauten es mit Gewalt dahinn zubringen / das der Bas der Quinten gleich klin=

klingen ſolte / ſo erlangen ſie nichts anders / den das die ſeiten ſambt der lauten in Stücken zerſpringen. Hoſtem ex miniſtro facit, qui ingenium ſerviliter tractat. ( *Philand. de* Sittwald part. 3. Viſion. 4. pag. 228. ) De Rehabeamo vid. 1. Reg. 14. 2. Chron. 10. Veriſſima eſt curiæ Poſnanienſis in Polonia inſcriptio : *Vbi eſt temperata poteſtas, ibi Regnum eſt diuturnum.* Regium inſigne ( ait ille apud *Curt.* l. 7. c. 4. ) aut moderate perferendum eſt, aut in te ruet: Conſilio non impetu opus eſt. Et in univerſum verum eſt, quod nimia intenſio frangat arcus ; moderata verò durent. All zu ſcharff macht ſchartig. Fuit olim in Collegio Cardinalium Romæ vir præſtans , Nicolaus Epiſcopus Capuanus, natus ex familia nobili gentis Myſorum, Schôbergiorum, Vir excellens. Hic fuit miſſus Legatus à Paulo Papa ad Reges tres, Galliæ, Angliæ & Hiſpaniæ ad Carolum V. adoleſcentem. Reverſum cum Paulus V. audiſſet, poſtea eum Cardinalis Salviati interrogavit, ut paucis exponeret,

quas vidiſſet res maximè dignas admiratione. Ille, ut erat vir ſapiens, paucis reſpondit: Vidiſſe ſe in Gallia Regnum pulchrum: In Anglia Regem pulchrum: In Hiſpania ſapiens Conſilium Regis. Formavit enim conſilia adoleſcentis Mercurinus Cancellarius, qui fuit Carolo V. autor moderationis, & flexit eum ad conſilia moderata, in quibus perſtitit ad extremum vitæ. (*Richter.* in Axiom. Pol. 122.) Patet ex his, quod Manlianum & Rehabeami violentum ac acerbum imperium minimè ſit diuturnum.

XLI. [a] Non autem ſufficit ad conſervandum in republica quietum ſtatum imperium moderatum, Manliano contrarium, ſed etiam, ut durabile illud moderatum imperium ſit, juris & juſtitiæ dexterrimæ adminiſtrationi innixum. Nam

*---Ubi non eſt pudor*
*Nec cura juris, ſanctitas, pietas, fides*
*Inſtabile regnum eſt*

---hominibus non Chriſtianis illud ipſum etiam ex lumine naturæ certo certius, imò Cer-

[a] *Juſtitiæ & juris adminiſtratio conſervat reſpublicas in tranquillo ſtatu.*

certiſſimè deprehendentibus.

*Gens ſine juſtitia ſine remige navis in unda eſt.*

Hæc candida Diva vinculum & quaſi coagulum eſt ſocietatis civilis Monarchicæ & Polyarchicæ; quod ſi ſolvatur, civitates diſſipantur, hominesque, inſtar ferarum beſtiarum, ſolitariè vagantur, & ſecuri in ædium aliàs tutiſſimis receptaculis degere nequeunt: Mann müſte ſturm und Pickelhauben auffſetzen / wen mann wolte aus dem Fenſterſehen/ ac potentior in jure ſemper exiſteret prior ac potior, cogerenturque homines inſtar beſtiarum ſeſe abſcondere in antra ſylvarum ac montium, ad ſimilitudinem ſpeluncæ Baumannianæ (cujus deſcriptio extat in Topographia Brunſvicenſi & in Henrici Eckſtormii Chronico Wulckenredenſi) aut illius quæ, prope Alfeldam, in Ducatu Brunſvicenſi, quà via in pagum Brunckenſen ducit, conſpicitur, & à Latrone inſigni die Lippelshöle appellatur. Imò ſine juſtitia nec Iovis ſceptra tuta. Hinc ingeniosè commentus eſt Di-

vinus

vinus Plato; Iovem cùm vidiſſet homines ex imperitia artis civilis ſibi invicem injurias intuliſſe, ex quo efficeretur, ut in ſylvas & ſolitudines, relictis civitatibus, quas ante adverſus beſtiarum impetus exſtruere cœperant, diſpergerentur, ac violentiæ ferarum ſeſe iterum ſubiicerent; ne genus humanum interiret, Mercurium miſiſſe, qui Pudorem & Iuſtitiam, utpote qua ſocietas hominum minimè carere poſſe videbatur, quàm mundus Sole, omnibus hominibus largiretur, legemque inſuper ſanxiſſe, ut quiſquis harum virtutum omnino expers foret, tanquam civitatis peſtis è medio tolleretur. Hæc Plato in Protagora. Es ſtehet derowegē nicht in der Regenten freyen Willen nach Ihrem Gefallen zu gebehren/ das Recht und Gerechtigkeit an den Nagel zuhenken/ und das Quodlibet, licet zu practiciren. Hinc porrò leges cum ipſis Rebuſp. cœperunt (§. 11. I. de R. D. l. 2. D. de Legib. Proem. Inſtit. in princ.) eleganterque Venetiis in Palatio Ducali in pariete hæc ſcripta leguntur: *Hoc vinculum*

*lum eſt totius dignitatis, quâ fruimur in Republicâ: Hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis: Mens & animus, & conſilium & ſententia Civitatis poſita eſt Legibus: Vti corpora noſtra ſine mente, ſic Civitas ſine lege, ſuis partibus, ut nervis & ſanguine, uti & membris uti non poteſt: Legum denique idcirco omnes ſervi ſumus, ut liberi eſſe poſſimus.* Rectè proinde Leges tempore pacis dextrum, Legiones, ſiniſtrum mundi cornu tenent; ac convenienter Accurſius (in Gloſſ. ad Conſtit. de Iuſtinianeo Cod. confirmando) Leges & Legiones duo mundi brachia appellat. (add. Nov. 6. 9. in princ.) Imo generale æternæ veritatis brocardium Politicum eſt: *Pereunte juſtitiâ, perit mundus*: E contrario verò, *Salutaria Conſilia; Bonæ Leges, & Iudicia bene conſtituta, conſervant in tranquillo ſtatu totius mundi Reſpublicas.* Philippus Rex Macedoniæ, ſimulac denegavit Pauſaniæ juſtitiam, ab eo fuit interemptus. Et generaliter pronunciat Ariſtoteles: *Iudiciis cauſarum non factis, minimè maneret ſocietas humana* (l. 6. Pol. c. 6.) Vim volumus extingui? jus valeat
neceſſe

neceſſe eſt. Iudicia diſplicent aut nulla ſunt? Vis dominetur neceſſe eſt. Sed quid inde oritur? Reſpublica Cyclopum & incivilis Anarchia; und würde das verfluchte Kampff oder Fauſt-Recht bald in die gantze Chriſtenheit wider einreiſſen. Et quid à bellica confuſione pax tranquilla diſtabit, ſi per vim litigia terminentur? In Imperio noſtro moderno fere hodie, ut olim, cùm non eſſet judex in Iſraele, nulla dextra juſtitiæ adminiſtratio, dum quiſque agit, quod vult. En & ecce indicium non bene conſtitutæ Reipublicæ! Si judicia Germaniæ fuiſſent in recto ſtatu cùm Viennæ tum Spiræ, inſolentiaque & iniquitas Clerico-Politicorum & calumniantium per legitimos tramites fuiſſet coercita, imò expulſa, nunquam defeneſtrationem Bohemicam anno 1618. in Imperio vidiſſemus, unde horribilis civilis tricennalis belli flamma ſurrexit. Man mus ſonſt keinen ordinariè via facti betrüben / oder auff gut Böhmiſch defeneſtriren. Potiſſima hujus rei cauſa fuit penes Romanenſes Clericos,

ticos, & inprimis Præſulem Pragenſem & Abbatem Brunovienſem. Cùm enim Proteſtantibus à Rudolpho & Matthiâ Cæſaribus libertas religionis eſſet data per literas, quas vocant, Majeſtaticas; Romaniſtæ verò templa, ab Evangelicis ſtructa, Brunoviæ & Cloſtergrabii aut occluderent, aut ſolo æquarent; mirum, quàm alta mente repoſuerint has injurias Proteſtantes; poſteàque exaſperatis Proteſtantium animis Proceres Bohemiæ facinus præmemoratum (quod tamen non laudo) cæco fervidóque animi impetu ſuſceperunt. Syllogiſmus Proteſtantium in *dicta de Omni, primaque*, quæ vocatur *figura* bene fundatus erat talis: Princeps, qui liberum exercitium veræ Reformatæ Religionis Evangelicæ ſemel Proceribus & ſubditis per privilegium & literas Reverſales indulſit atque perpetuo confirmavit, ad motus in Republicâ evitandos, illud quod ſemel ex cauſis prægnantibus manu ac ſigillo ſuo promiſit, ſanctiſſimè ſervare omneique contrarium molientes, coercere debet. Atqui Cæſares Rudolphus II. & Matthias Bohemis Evangelicis liberum & per-

& perpetuum Religionis exercitium promiſerunt *&c.* Ergo. Et Major eſt vera, & Minor ; Sed concluſio, à turbidis Ieſuitis ac Papicolis non admiſſa per triginta annos vexavit miſeram noſtram Germaniam. Quam malè ſe habuerint per Germaniam olim judicia, ſi aliunde non conſtaret, vel inde colligere poſſemus, quod in conſtitutione Friderici Imp. apud Goldaſtum judicio aulico tantùm unus judex fuerit præpoſitus, imò privatis olim etiam duella permittebantur, ut conſtat ex Legibus Alemannicis propterea latis. Manet itaque certum, firmum & fixum, quod vita civitatis, nempe Reſpublica, ſine moderatis conſiliis, legibus & judiciis non magis retineri poſſit, quàm ſine cibo & potu corpus. Quid juvat ſententias tam interlocutorias, quàm definitivas Spiræ Nemetum, Viennæ in & extra Imperium pronunciare, ſi executione deſtituantur. Aliquando Magnus Imperii Princeps Mandatum de ſolvendo è Camera Imperiali recipiens, illo perlecto ad ſuos amicos Cancellariæ dixit : leget ſie bey die andere.

dere. Et quid tandem inde eveniet, ſi is & reviſis actis & actitatis forenſibus, ıtentia lata viva judicis voce exiſtat ɔrtua, neque in executionem deducatur. inimè manent ſocietates humanæ, ſi jucia facta ad exitum non perducantur ait *Ariſtoteles* (l. 6. Pol. c. 8.) Imò judicia ıe executione campanæ ſimilia ſunt ſine alleo, quæ promittit quidem ſonum, ſed ɔn edit. In ſumma tres ſunt juriſdictionis partes [1] Cognitio facti; [2] Cognitio juris de facto; [3] Iuris, quod de ıcto redditur, EXECVTIO! EXECVTIO! EXECVTIO! ſi ita propter Reumpublicarum ſalutem exclamare licet? Clarius adhuc ita ordo juris per decem gradus oſtenditur

[1] *Mens & conſenſus hominis baſis eſt principiumque juris & judiciarii ordinis.*

[2] *Ex conſenſu dicta & facta procedunt.*

[3] *Ex dictis factiſque Veri vel Quaſi Contractus.*

[4] *Ex Vero vel Quaſi Contractu Obligatio.*

[5]

[5] *Ex Obligatione Actio*;
[6] *Ex Actione forma ſive facultas agendi.*
[7] *Ex forma agendi Iudicium*;
[8] *Ex Iudicio Sententia*;
[9] *Ex Sententia Executio*;
[10] *Ab Executione denique*

SALVS REIPVBLICÆ.

Hinc DD. aiunt, quod abſque executione Iudicis ſententia nihil aliud ſit, quàm umbra ſine ſubſtantia, idea ſine corpore, campana ſine piſtillo, fulgur ex pelvi; Lyra ſine chorda, & ignis ſine flamma & calore. Solche Urtheil haben groſes Anſehen; aber es iſt dabey kein Nachtruck und würcklicher effect.

XLII. [a] Alterum remedium Politicum ad Rempublicam in tranquillo portu conſervandam eſt *Frugalitas* & *Modeſtia*, quas duas Politicas conſervatrices virtutes Temperantiam verè Civilem appellare poſſes. Quoad privatos, quibus obſequii gloria eſt relicta, valet illa aurea me-

a *Frugalitas & Modeſtia conſervat Rerumpublicarum ſtatum.*

diocritatis Politicæ regula : *Expedit* *ipublica , ne quis re ſua malè utatur* :. I. *de his qui ſunt ſui* &c.) quæ ſi ad li- lam & lineam in vita civili obſervare- , aureum ſeculum, quod in mundo ini- :o obtinuiſſe perhibent, adhuc prope em in hac ultima ejus ſenectâ adſpice- nus. Si omnibus iis bonorum admini- ationi interdiceretur , **und ſolten** *iliter* **Mund-Todtgemachet wer-** **n** / qui habent furioſum exitum in bo- s (Vid. t. t. D. de Curat. furioſ. & pro- g.) quam bonam Politiam & quaſi An- :licam tum cerneremus. Sed hodie

*Dat veniam corvis, vexat cenſura co- lumbas*

: exlex licentiæ Siren in inſtrumentis lu- uriæ, tam quoad victum, quàm quoad mictum, ubique fere graſſatur: Imò etiam urum & argentum ( ſine quibus metallis eliciter vivi non poteſt ) immane quan- um corrumpitur, atque perditur **durch** **das Goldſchlagen / vergülden / ver-** **ſilbern / und Spitzen- Galaunen** &c. **machen.** Sed manum de tabula! Quod ſi itaque

ſi itaque ſubditorum œconomica ſalus in modeſtâ frugalitate conſiſtit, wodurch der Gibel in privat Häuſern / Stätig erhalten wird juxta illud: Spa-arbrott und Ubel-Leb / Kauffen dem Wolleb ſein Haus ab: quanto magis ſalus Reipublicæ per ejuſmodi bonam Oeconomiam publicam non tantum in Regum & Principum aulis, ſed etiam in Urbibus Imperii non tantùm conſervari, ſed etiam in majus promoveri poterit? Exempla viventium in contrarium ſunt odioſa, adeoque ſicco pede & obducto ſilentii ſupparo prætereunda. Certè ſi Princeps eſt cupiens voluptatū, vulgus eodem læto animo trahitur, & quaſi viâ Regiâ ad interitum tendit; ut adeò veriſſimum ſit; quod integritas præſidentium, ſalus ſit ſubditorū. (c. *Miramur*. Diſt. 61.) In ſumma ſi cum imperantes tum parentes ad bonam frugem eſſent animati & confirmati, nulla inſequetur civilis Inundatio, multo minus Diluvium Reipublicæ Politicum. Hodie licet queri cum Cæcilio apud Gellium (lib. 20. c. 1.) Quid tam ne-

neceſſarium exiſtimatum eſt propulſandæ civium luxuriæ, quam Lex Licinia & Fannia, aliæque item leges ſumptuariæ? Sed, uti in bono uſu haut fuerunt apud Romanos, ita etiam hodie in Chriſtianorum Rebuſpublicis ejuſmodi neceſſariæ & utiles leges (die Hochzeit-Kindtauff-Begräbnüſſe und Kleider Ordnungen) figuntur quidem, at contrariis moribus refiguntur. O utinam imperantes ſubditis hic bono præirent exemplo! de quo conqueritur *Petrus Friderus Mindanus* (de Proceſſ. in Camer. Extrah. l. 2. c. 11. p. 53.)

*Qui fit, quod Principes & Comites,*
*Tenentes urbes, caſtra, territoria,*
*Vicos, Palatia, agros & tentoria,*
*Cum fructibus, reditibus,*
*Magnis ſimul cum cenſibus,*
*Minus tamen redduntur ſoſpites?*
*Non viget aulis obſervantia*
*Divini Numinis, juſtitia, æquitas,*
*Hinc cum pietate morum & vitæ puritas;*
*Verſantes in exilio,*
*Rarò adſunt in conſilio;*

*Hinc*

nt, non rarò hodie conſpicias homunciones vix plumbeos, qui aureos geſtant [an]nulos. In Ordinatione Politica Imperi ( c.10. 11. 12. 13. 14.) ſingulis certus [m]odus in veſtitu præſcriptus eſt; quem [ta]men ἀταξία dudum exulare juſſit. Imò [h]odie Germani, qui idolum iſtud, quod *la mode* vocant, haut adorare ge[st]iunt, à nonnullis ſalutantur barbari. Quaſi verò! In veſtitu quod toties varia[t]ur, & propemodum quotannis novitas & mutatio quædam ſuboritur; id verò arguit animos non modo ſuperbos, ſed etiam leves & inconſtantes: Deum hoc irritat, & rem familiarem, ſi quicquam aliud, repetito ſubinde contra neceſſitatem ſumptu, adfligit, imò, quod exempla comprobant, peſſundat. Cur autem hodie non placeat habitus cultuſque corporis, qui ante annum vel biennium placuit? Cur, quæ forma veſtitus hodie decora & elegans cenſetur, poſt annum & biennium invenuſta & fœda cenſeatur? Maximè itaque hoc vitium legibus coercendum, ne, qui vel è plebe ſunt, honoratioribus ſe æquare auſint; vel ſuborta exinde

H novitas

novitas, æqualitatem turbet, & unà cum faſtu ſumptum conduplicet. Prudenter itaque hodie apud Venetos cuilibet civium ordini, quo quiſque veſtire ſe poſſit, Lex præſcribit. Henricus II. Imp. ſi hominem adſpiceret veſtibus ſuperbientem; *Te*, aiebat, *vermes*, *veſtimenta verò tua tineæ comedent*. Vel ſola ſerica veſtis vermium tantum tela eſt, qua mortales adeo inſoleſcunt. Contra luxum veſtium magiſtratuum in Fœderato Belgio ita *Schoockius* (l. 3. de Sedit. c. 18. in fin.) diſſerit: *Quid quotidie in hiſce Provinciis Fœderati Belgii (deplorandum hoc quam maximè) fieri videmus? Vbi primum dignitas aliqua (ſæpe aut per ambitum, aut fato Metelli,) viro aliàs mediocri, aut novo contigerit univerſæ familiæ confeſtim facies mutatur. Vxor, liberi, non modò affectant habitum nobilium, verum etiam generoſorum & illuſtrium; atque quicquid otioſorum hominum petulantia quotidie pro immutandâ formâ veſtium linearum, lanearum & ſericarum excogitat, ſecure imitantur*, modos, *quos crepant aſſiduo, non ad patrimonii modulum, ſed ad præſumptæ vanitatis*

*nitatis regulas exigendo.* Hæc ille. Hinc Paterfamilias ad hæc connivens, nec ſumptibus par, quæſtui habere rempub. incipit; factiones aluntur, ac tandem ipſa Reſpublica corrumpitur. Quæ Schoockius de Belgis Fœderatis dixit, eadem ad multa Germaniæ loca applicari poterunt.

XLIII. Poſt Frugalitatem Aulico-Politicam Modeſtia quoque non parum ad conſervandas Reſpublicas conducit: Immoderatum enim illud; PLVS VLTRA ſpernit Maximi Æmyliani ſymbolum: TENE MENSVRAM, civiliaque negotia rotunda in quadrata immutat. Regnum Liligerum & Hiſpanicum hodie in Orbe Europæo ſtant ad invidiam Potentium Vicinorum florentiſſima, ſemperque ita manebunt

---*in freta dum fluvii current*,

quamdiu ante laudatum Maximiliani I. Cæſaris ſymbolum in praxi Politica bona opera proferet. Rarò navis alliſa eſt, quæ modico velo legit littus. De Republica Veneta circumfertur hoc Politicum proverbium; *Prima pompa parva fuit, & ibi*

*ſunt facta Venetiæ: Deinde fuit mediocris, tunc creverunt Venetiæ: Denique maxima fuit, in qua iterum Venetiæ ſunt everſa.* Prudentiſſimam hic Rerumpp. moderatoribus inculco Ariſtotelis regulam (l. 5. Pol. c. 11.) *Huc ſunt omnia reducenda, ut iis, qui ſub imperio ſunt, non tyrannum, ſed Patremfamilias, aut Regem agere videatur, & rem non quaſi Dominus, ſed quaſi Procurator & Præfectus adminiſtrare, ac moderatè vivere, nec quod nimium eſt, ſectari.* Alexander M. ambitioſiſſimus Rex Oceanum adiens (vid. *Curt.* lib. 9. *Senec.* Epiſt. 119.) dum aliam naturam alium orbem quærit, ſe domi non quærit, nec terminum cupiditati ſuæ. Philippus II. Rex Hiſpaniæ, dum ab Eſcuriali quaſi è machina univerſum propemodum orbem agit, & commovet, ambiit plura quàm cepit. Et in univerſum hæc fata manent Potentes Rerumpublicarum Dominos, quicunque pectus ambitioni adhamarunt, ut auſtro blandientium perſuaſionum gravidi, cum equabus Hiſpaniæ (ſi Plinio credendum) ventos vanitatis & ludibrii pariant, indeque falſæ opinionis luant ſup-

ſupplicium.

*Adſpicis, ut ſoleat quercus platanoſque proceras*
*Non malvam aut juncum ſternere ventus humi.*

Vel ſoli Helvetii eorumque Confœderati Inalpini omnibus imperantibus hic exemplo eſſe poterunt, quam ingens bonum ſit, *ſua Politicâ ſorte eſſe contentum*; Cantones illi hodie in Politico flore hoc modo degunt, ac præcipuè duæ potentiſſimæ totius Chriſtiani Orbis Coronæ Hiſpanica ſcilicet & Gallica eorum amicitiam per Politicum æmulationis certamen ambiunt, teſte experientiâ, quam curioſi Politici Lucernæ & Soloduri plenius addiſcere poterunt. Adeò tutiſſima pariter ac florentiſſima ſunt, quæ mediocria, rectéque Nicolaus von Stein Helvetios, quoad fines rectè regundos ac conſervandos, jam olim monuit: Sie ſolten den zaun nicht zu weit machen da mitt ſie deſto näher und enger vereiniget bey ſammen / und in friede und Ruhe bey ihrer ſaur erarneten

Freyheit bleiben möchten. Ad ſummam, Imperator, Reges, Principes & Reſpublicæ, mediocritatem potentiæ terreſtris amantes, extra Terras ſuas nihil violenter ſerunt, nihil violenter metunt; & hac divina ſummaque ratione in portu navigant tranquillo. Et quomodo melius Politica Lucerna Reſpublicas illuſtrare & à noxiis atque nocturnis tenebris conſervari poſſet? Lux hac ratione ſemper lucebit, ac ingruentes fatales tenebræ, tanquam nubeculæ tranſeuntes, rurſus à Solis Politici radiis amœniſſimis diſpellentur. Vti Serenitatis Naturalis, à Sole provenientis, mutabiles ſunt vices; ita etiam Serenitatis Civilis, quam ſoli Rerumpublicarum Moderatores dexterrimi, in quantum humana infirmitas permittit, conſervare (Deo annuente) unicè poſſunt.

XLIV. [a] *Tertium tranquillitatis Politicæ medium eſt Legum Civilium viridis obſervantia*, in qua vita & anima ſalutis Rerumpublicarum conſiſtit. Non eſt

bona

a *Legum latarum obſervantia conſervat Reſp. in tranquillitate.*

bona legum conſtitutio, bene leges poſitas eſſe, minimè verò ipſis obtemperari: Quare unam legum tandem exiſtimandum eſt eſſe, obtemperare legibus poſitis, ait *Ariſtoteles* (l. 4. Pol. c. 8.) Leges antequam ferantur expendendæ; uti latæ fuerunt, tolerandæ; Nec aliâ re magis labefactatur Civitatis ſtatus, quam crebrâ Legum mutatione: Lex non ſit fulgur ex pelvi, ſed velut divinitus emiſſa vox; Iubeant imperantes, pareant parentes. Henrico IV. Regi Galliæ pro decreti alicujus Veneti abrogatione verba facienti, reſpondit Legatus Venetus: Domine, Senatus Venetus, diu deliberat, antequam decernat, ſed, quod decrevit, revocat nunquam; Venetorum decreta, non ſunt Pariſienſium proclamationes (*Lanſ.* in Orat. contra Gall. pag. 290.) Quod Sereniſſima illa Reſpublica ſalutetur adhuc; SEMPER VIRGO, inprimis Legum latarum immobili quaſi Polo terreſtri debet referre acceptum. Conradus *Rittershuſius*, Ictus ſummus (in Orat. de Charonda & Zaleuco) reprehendit Tribonianum, Iuſtiniani Cæſaris Cancella-

rium & ſupremum Aulæ Miniſtrum, quod cum Theodora, Imperatoris Tanaquil, (add. Nov. 8. in fin.) quod leges pretio & gratia ſæpe fixerint atque refixerint, & potiſſimum in Conſtitutionibus Novellis. Certè leges ſunt muti magiſtratus, & velut inanima Reipublicæ inſtrumenta, quæ tamen vocem & vitam habent, ſi cives ad obedientiam ſeveritate judicis compellantur. *Inſtitutio legum non eſt, ut ſint, ſed ut præſint:* Præeſſe verò non poſſunt, ſi ſubditi illis non obtemperent. *Non opus hic eſt herbis, verbis*, id eſt procemio perſuaſorio (ut Plato & Cicero ſtatuunt) *ſed lapidibus*, ſive vi coactiva, ut lex lata tranſeat in obſequium (add. *Nov.* 133. c.4. c. *De Capitulis.* c. *Veſtram.* c. *Vides. Diſt.* 10. c. fin. Cauſ. 14. qu. 1.) Sapiens quidam miſſus Lacedæmonem, ut obſervaret, quibuſnam legibus ac inſtitutis civitas regeretur, poſt aliquot annos in patriam reverſus, vocatus eſt ad Senatum, ut ſui itineris rationem redderet; Rogatus verò tandem, quomodo Lacedæmonii Rempublicam ſuam adminiſtrarent; *Fune, Furca, Gladio*, aliiſque exquiſitis tor-

mentorum

mentorum inſtrumentis in Senatu depoſitis; Hæc (inquit) ſunt Leges Lacedæmoniorum, in his Civitatis ſalus & adminiſtratio ponitur; Quaſi dixiſſet: O Athenienſes nos multas & præclaras Leges ferimus, earumque nominibus & titulis plurimum delectamur; At Lacedæmonii in hoc nos vincunt, quod majorum decreta ab illis juſtè & ſeverè obſerventur. Non cum Dracone Legiſlatore Athenienſi Leges ſanguine conſcriptas volo; hoc tamen velim, ut voce pœnaque legis ab inobedientiâ omnes deterrerentur cives. Flagitioſius ſanè eſt legem contemni, quàm obliviſci (*Tacit.* l. 3. Ann. c. 54.) Quot non in Corpore Imperii noſtri Romano-Germanici Receſſus habemus, quorum articuli ad amuſſim non obſervantur? Conſtitutio Pacis Weſtphalicæ ab an. 1648. uſque in diem præſentem, quot modis non eſt violata? Exempla multa adducerem, ſi odium non incurrerem. Immanitate barbari & Anti-Chriſtiani [a] Turcæ Alcoranum ſuum adeò reverenter habent, ut ſchedam, in quâ



[a] *Alcoranus Turcicus.*

lex iſta ſcripta ſit, fortè in terrâ jacentem, ſi repeterint, erectam & ſæpius deoſculatam in rimam aliquam parietis poſitam obſtruant, dicentes: Peccatum eſſe literas, quibus Lex Mahometi deſcripta ſit, pedibus conculcari. In Camera Imperiali Spirenſi hodie ſimiliter habent librum Manuſcriptum, qui dicitur [a] Alcoranus, ex quo (ut fertur) Iudices & Aſſeſſores cauſas decidunt (mihi tamen ann. 1665. Secretarius Cancellariæ Dn. *Menz.* Spiræ retulit; tantum jura & privilegia Cameralia in eo contineri) quem tam ſanctum & occultum habent, ut in nullius eum manus devenire ſinant. Et clariſſimè ait Tacitus, Civilis doctrinæ & experientiæ Sol; Si omittitur lex, privato uſui bonum publicum poſtponitur (l. 6. *Ann.* c. 16.) & *quoad executionem legum latarum initium & progreſſus debet eſſe* (prout uſus exigit) *acer, acrior & acerrimus*; neutiquam verò finis incurioſus, ut plerumque male fieri aſſolet; notante etiam hoc ipſum Civilis Prudentiæ (in paſſibus utilibus) Magiſtro Tacito.

a *Alcoranus Chriſtianus.*

Tacito. l. 6. Ann. c. 17. l. 1. Hiſt. c. 78. l. 13. Ann. c. 51.) Si velis, quod nondum vetitum eſt, timeas, ne vetere; aſt ſi prohibita impune tranſcenderis, neque metus ultra, neque pudor eſt (Idem *Tacit.* l. 3. Ann. c. 54.) Non tantum leges ferre ſummo bono eſt, ſed etiam ſancitas accuratè cuſtodire, & ad effectum deducere, tranſgreſſoreſque pœnis competentibus ſubiicere. Quæ enim Legum in Rebuſp. erit utilitas, ſi in literis duntaxat conſiſtant, non etiam per ipſa facta atque opera ſubditis utilitatem de ſe præbeant? (*Nov.* 161. in princ. add. *Rom.* 13. ✠. 1. & ſeqq. ubi Chriſtianorum Politicam videbis 1. *Pet.* 1. ✠. 13. 14. 1. *Reg.* 13. ✠. 21. 22. 26. *Gen.* 2. ✠. 17. c. 3. ✠. 3. & 10. *Deet.* 17. ✠. 12. l. 3. §. 15. D. *re Re milit.*)

*Quid triſtes querimoniæ?*
*Si non ſupplicio culpa reciditur?*
*Quid leges ſine moribus*
*Vanæ proficiunt.*
(*Horat.* l. 3. Carm. Od. 24.)
*Condidimus leges quàm multas? quam nullas?*

*Nam ſi ſervatur nulla, quid ulla valet?*

Von den Rußen werden alle zaariſche Geſetzze / wie ſie auch ſein mögen / ohne einige wiederrede / ia ſo gehorſam / als wen ſie Gott ſelbſt gegeben / auffgenommen und gehalten / dan ſie halten dafür / wie Chytræus (l. 1. Saxon.) recht von Ihnen ſchreibet / das der Groß-Fürſt alles mit d m willen Gottes thue. Daher zu Bezeugung deſſelben ohnfeilbahreu warheiten und Gerechtigkeiten ſie im ſprichwort haben : Gottes und des Groß-Fürſten wort mus nicht geändert / ſon-dern ohnfehlbar gehalten werden. [*Adam. Olear.* l. 3. Itiner. Rutheno-Perſici c. 10.] De vi Legum apud Perſas & Medos vid. *Dan.* 9. ℣. 8. 12. & 15. *Eſther.* c. 8. ℣. 8.) Quod itaq; dicitur; Ab executione legum pendere ſalutem Reipublicæ, veriſſimum eſt: Sine illa enim non ligat, ſed ſolvit. Vnde Prudentiſſimus ICtus Henningus Goeden von Haſelberg /

helberg / Legem ſine executione campanam ſine piſtillo appellare ſolitus eſt. Ein Ohleukke ohne Schwengel. Et Alſtedius [in Encyclopœdia ſua l. 18. c. 21. Aphor. 1.] executionem Legum latarum vallum & foſſam Reipublicè rectè appellat ; Leges enim non in ſcriniis, & tabulis, ſed in moribus civium eſſe oportet. Hinc ſine vi coactiva lex inutilis erit, ad inſtar legum quas olim lepores præſcribebant Leonibus in fabula Anthiſtenis [*Ariſt.* l. 3. Pol. c. 9.] indeque hodie mandatis Principum fere ſemper adiici ſolet clauſula comminatoria. Bey Vermeidung des Herrn höchſter Ungnade. Nam inter homines pœnas luit, & apud Deum ſortem non habebit, qui hoc facere noluit, quod ei per cor Regis ipſa veritas juſſit (C. *Imperatores* Cauſ. II. qu. 3.) Hinc porrò ob violationem legis poſitivæ, poteſt circumſpectis rebus omnibus, rationibuſque ſubductis ſummo ſupplicio tranſgreſſor affici [vid. Epilog. Nov. 135.] Nam ipſa legis contemptio & offenſio aliorum per ſe mortiferam con-

tinet

tinet culpam. [ *Azorius* part. 1. Inſtit. Moral. l. 5. c. 6. qu. 4. & ſeqq.] Ita Adam tenebatur ſervare legem naturæ & moralem; Vnicam legem poſitivam de non comedendo fructu vetitæ arboris tantum adjecit Dominus; quam cum violaſſet Adam, ſe & totam poſteritatem in mortis periculum abduxit [*Gen.* 3. ℣. 17. 18. 19.] Mors itaque eſt pœna peccati; uti etiam in civilibus ac mundanis Rebuſpp. *Metus eſt Lictor Legum*, ut pulcherrimè à *Famiano Strada* appellatur [de Bello Belg. Decad. 1. lib. 2. pag. 57.]

Die Glock weder klappet noch klinget/
Der ſchall auch nicht zu Ohren dringet/
Viel weniger Folg bey uns erlanget/
Wann ſie ledig ohn Kneppel hanget.

Item.

Kein Bolzen fleugt von Bogen recht

Wo

Wo nicht die Sehn hernacher ſchlegt.

XLV. Mens, anima, & conſilium Civitatis poſita ſunt in Legibus, quæ vinculum & coagulum ſunt Reipublicæ: Hæc ergo vivant ſemper, ſi Ratio *Status* eas non cogat ad mortem, ac Bonus Staciſta hic non claudat oculos, ne in perniciem adducat Rempublicam. Auguſtus Cæſar ita apud Dionem Caſſium [ lib. 53. *Quæ eadem ſemper manent, etſi ſint nonnihil vitioſa* [ civiliter ſcilicet non moraliter ] *utiliora tamen ſunt his, quæ ſubinde, etiamſi melius, innovantur.* Durities tamen veterum legum in melius & lætius mutanda, horridaque antiquitas è præſenti ſtatu ſummovenda, & quidem non vi & impetu, ſed leniter, ut ſine ſtrepitu & minimo quaſi ſonitu Orbis Reipublicæ convolvatur; ad imitationem naturæ, quæ in vere nos paulatim diſponit & aſſuefacit ad ferendam æſtatem, in autumno ad ſuſtinendam hiemem, ne præceps mutatio corporibus humanis noceat. [add. *Gell.* l. 20. c. 1. *Tacit.* l. 3. Ann. c. 69. l. 14. Ann.

c. 43.

c. 43. Vid. Artaxerxis Epiſt. in lib. **Stuck in Eſther** c. 16. ṽ. 9. *Bodin.* de Repub. l. 1. c. 8.) Eadem natura mirabiliter ab hyeme citra veris interpoſitionem ad æſtatem non tranſit, & ad evitandam repentinam mutationem inter diem & noctem auroram & crepuſculum interponit. In ſumma, quemadmodum Deus O. M. gubernatione ac providentiâ ſuâ communem ordinem & naturæ ſeriem ſæpius tanquam autor naturæ negligit, & pro ſapienti ac benignâ ſuâ Omnipotentiâ, quicquid lubet, miraculosè ſiſtit ac efficit, quandoque etiam non ſecundum modum, quem ipſe promiſſis ſuis determinavit, agit: Ita pariter quoque ſæpe contingit in Republicâ & Imperiis ſummis [ quæ ſunt imago & exemplar Dei in terris ] ut quoties populi ſalus, publica utilitas, neceſſitas, juſtitiæ ratio, aut alia ſimilis poſtulat egregia cauſa, ut extraordinaria ſublimiorique aliqua poteſtatis plenitudine cunctis ſit conſulendum, ab ipſis etiam legibus, quamvis fundamentalibus, ex parte recedatur, ac diſpenſetur, quandoque etiam, neceſſitate

ita

ita ferente, illæ penitus abrogentur. Sola enim ſalus Imperii ac populi una illa ac immutabilis lex eſt, cujus cauſa mutationi omnes leges aliæ ſubiiciuntur; pariter ut nauclero certæ leges dari nequeunt, quibus temperet maris impetum ac procellas. Atque hoc eſt, quod alii dicunt: *Leges fundamentales ſubjacere Rationi Status*, id eſt, Saluti Reipublicæ. [ Vid. D. Dieterich in not. ad A. B. in fin. pag. 125. 126. ] Si talis ergo caſus eveniat, ut aut ruina Reipublicæ, aut legum mutatio admittenda ſit, & aliud remedium non ſuperſit, potius pro ſalute Imperii deſtruendum eſt, quod Majores ædificarunt, exemplo Theramenis apud *Livium* [ l. 34 Hiſtor.]

XLVI. [a] *Quartum Politicum remedium* tranquillitatis, Politicæ eſt *Subditorum Privilegiorum conſervatio*, eorumque benigna interpretatio, ſive ſtatus Rerump. ſit vel Monarchicus, vel Polyarchicus. Decet enim conceſſum à Principe vel Magiſtratu beneficium eſſe manſurum [c.

a *Privilegiorum ſarta tecta conſervat ſubditos in tranquilla quiete.*

( c. Decet. c. Indultum de R. 3. in 6.) Vnde Dd. nonnulli cum Baldo ( quamvis non ad meum palatum) dicunt, quod privilegii jus potentius ſit, quàm jus naturæ ( Vid. *Bald.* ad l. 30. §. 2. D. *de Excuſat. tut.* add. l. 2. C. *de Legibus Baro Enenckelius*, *lib.* 3. *de Privileg.* c. 8. & 9. c. *Licet. de Conſtitution. in* 6. *Zoëſius* ad tit. D. de Legib. num. 37. 38. 39. ) Quantum mali inde oboriatur, & quanta feneſtra ſeditionibus aperiatur, ſi Princeps Civibus privilegia ereptum eat, aut lædat ( ut reliqua exempla prætereamus) teſtatur Bellum inter Bertholdum Epiſcopum Hildeſienſem, Wilhelmum Ducem Brunſvicenſem, & Civitates Hildeſiam, Brunſvvigam, Gottingam &c. tempore Friderici III. Imp. ( Vid. *Letzner*, l. 2. Chronic. Daſelenſ. c. 6.) Præterea minus ex re Principis eſt, ut revocet privilegia, citra ſub & obreptionem conceſſa; quia ſegniores efficeret reliquos ad ſerviendum, tum quia fidem actis ſuis detrahet reliquis. ( Vid. *Arniſa*. l. 1. de Iur. Maj. c. 7. num. 8. ) C[illegible] privilegia puerilibus crepundiis eſſent ſimilia, ſi à magnis hominibus matutino tempore con-

concederentur; veſpertino vero revocarentur. Adjuvari enim, non decipi, beneficio nos oportet (l. 17. §. 3. D. Commodat. l. 5. C. de revoc. donat. l.4. C. de Donat. quæ ſub mod.) Cæterum hactenus de privilegiorum conſervatione dicta, ita intelligenda ſunt, nempe *rebus ſic ſtantibus, ac ſubditis iis rectè utentibus*. Hinc ſi publica neceſſitas, & Ratio Status inutilē privilegiorū abuſum deprehendit, ſi non aliter ferro & igni tollēda ſunt ejuſmodi *incivilia privilegia*, præſertim ſi rebelles inde exiſtant. Vnde rectè ſuperiori ſeculo Burdigalenſium ſeditioſorum Literę, quibus Reip. immunitates atque privilegia continebantur, igni ſunt crematę (Vid. *Sleidan.* l. 21. Comm. p. n. 649.) Incautæ certè matris eſſet, infanti cultrum credere, aut cum per ætatem pedes nondum plene confirmati ambulationi impares ſunt, liberum divagandi arbitrium committere. De Auguſto vid. *Sueton.* c. 47. Non diffitendum ſanè nimiam antiquorum Regum & Principum in concedendis privilegiis facilitatem rebellionibus cauſam & originem dediſſe; quo reſpectu Trajanus Boccalinus

calinus immunitates, prærogativas, privilegia fontem rebellionum, ſemen zizaniorum, & lapidem ſcandalorum vocat. Lapis vero privilegiorum, juſta de cauſa quadrata figura poſitus, non debet citra juſtam ſtatus rationem in rotundum commutari. Vnde nullus bonus Chriſtianus Statiſta approbabit doctrinam *Baldi* ICti, docentis (*in Comm. Conſt. de Pac. Conſtant. in voc. Succeſſorum*) privilegia tantiſper valere, quamdiu ſucceſſor non contradixerit. Neque ſequimur porrò *Bodini* [l. 1. de Rep. c. 8.] *Hobbeſii* [de Cive] aliorumque opinionem, qui aſſerunt Principem civilibus legibus & pactis initis cum ſubditis eſſe ſolutum. Lex enim divina, naturalis & civilis Reges & Principes ad leg. 1 & 7. D. de Pactis, adſtringit, utpote cum ejuſmodi compactata inter imperantes & parentes ſint leges ad normam juris divini exaſciatę, & ad ſpeciales circumſtantias tantummodo reſtrictæ atque determinatæ. In ſumma; Imperantes & Legiſlatores leges ferunt, iiſque præſunt; & viciſſim [in liberioribus Rebuſpp.] leges præſertim fundamentales,

etiam

etiam pręſunt magiſtratibus, [ Vid. *Ferd. Vaſquius* l. 1. Illuſtr. controverſ. c. 3. & *Laurent. Kirchovius* Cent. 3. Comm. Opin. Concl. 88.] Naturaliter itaque & civiliter Princeps conſtitutiones particulares populo nullo jure cogente,& ex meritis indultas atque conceſſas, ſervare, ipſiuſque ſucceſſor, confirmare tenetur. Et generaliter, *quod quiſque juris in alium ſtatuerit, cur non ipſe eodem jure utatur?* Ac cum Princeps per modum contractus ſubditis privilegia concedat (ubi ratione obligationis non differunt imperans & parens) qua ratione Princeps concedens, vel ipſius ſucceſſores pro lubitu iis eripere poſſent? [Vid. *Afflict.* Deciſ. 128. *Menoch.* Conſ. 112. *Peregrin.* l. 1. de Iur. Fiſc. tit. 3. nu. 28. & ſeqq. ] Rationem ſtatus [prout ſupra dixi] hic tantum excipio, ſi ſcil. neceſſitas aut evidens Reip. utilitas hoc ipſum urgeat. [ Vid. *Felin.* in c. Quæ in Eccleſ. num. 17. Ext. de Conſtit. ] Privilegia enim rebus ſic ſtantibus, & cuilibet ordini recte iis utenti ſalva eſſe expedit, Si vero publica neceſſitas, mutatuſve rerum ſtatus in hoc vel illo caſu aliquid mutandum

tandum jubeat aliud dicendum. De reliquo ceſſante neceſſitate in ſuo permaneant vigore [Vid. *Schoock* l. 3. de Sedit. c. 4.] Hinc rectè Ludovicus Nivernenſis Flandriæ Comes, poſtquam multi tumultus gratia Dei extincti, *Brugenſibus innovavit privilegia, alia ex iis reſcindens, alia verò adjiciens* [Vid. *Mejer* lib. 12. Ann. Flandr.] Vno verbo; *Privilegia*, ad juſtam & æquam amuſſim Politicam ponderata, *ab initio aut non ſunt concedenda*, aut [niſi evidens Reipubl. utilitas aliter depoſcat] *ſanctiſſimè ſemper cuſtodienda*, & ab omnibus ſucceſſoribus ex bono Politico animo confirmanda. Certè turbis civilibus non minimam anſam dat, experientiâ teſte, quando privilegia, in ſcripturam redacta, heiſſen die Brieffe liegen. Boni itaque publici ratione exigente, interdum privilegia, vel populo vel collegiis & corporibus (den Zunfften und Innungen) conceſſa, ad examen Politicum revocari ab imperantibus debent, & meritò expendendum, an præſentis ſtatus ratio exigat, ulteriorem eorum vigorem, necne?

Si

Si non, ſubditi citra gemitum,& Heracliti lacrymas immutationes, circumciſiones, aut etiam abolitiones immunitatum æquo animo ferant, quia boni publici ergò; EXPEDIT; quæ famoſa lex in regendis Rebuſpp. tulit hactenus, & adhuc tenet omne punctum à primordio rerum uſque in hodiernum diem, durabitque immobilis uſque ad finem mundi. Probo hic *Schoockii* [l. 3. de Sedit. c. 16.] conſilium Politicum, qui ita diſſerit: Quum nulla privilegia publicę rei, atque ſocietati civili gravia & pręjudicioſa eſſe debeant, adhoc alia tempora alios mores exhibeant; Prudenter fecerit magiſtratus, ſi, minimum quoque decennio, cujuſque tribus privilegia examinet, eaque præſenti tempori aptet. Quis enim exiſtimet privilegia v. g. tributi fabrorum, aut textorum ante centum annos conceſſa, juxta quæ forte iis competebat in Imperio Ariſtocratico-Democratico electio magiſtratuum, omni tempore tutò ſarta tecta præſtari? Potuit fieri, ut reſpub. illa ante centum annos egena admodum fuerit, & præter fabros, textores &c. pauci occurrerint aſſidui, qui

cen-

cenſum conferre potuerint, atque cum ſeculo poſt, fabri, textoreſque &c. arte ipſorum minus florente, & obſcuriores & pauperiores notentur; in eadem autem repub. multi nobiles, patritii aliique cives claſſici, qui commodè è ſuo agitare poſſint, occurrant; næ, perinquium eſt, reliquiis quondam florentium fabrorum, textorumque eò, quod in eadem tribu notentur, quæ adhuc diplomata antiquorum privilegiorum aſſervat, in præjudicium aliorum, qui digniores habendi, poteſtatem facere eligendi magiſtratus. Hæc rectè *Schoockius*.

XLVI. *Quintum remedium Politicum* tranquillitatem [a] Rerumpublicarum conſervans, *eſt unio Religionis* & concordia ſacra ſive Religioſa; id eſt, ut Divinum Numen uno corde & unâ anima ſincerè juxta Sacræ Scripturę cynoſuram colatur; nec ullum aliud vinculum atque coagulum eſt, quod imperantes & parentes reddit unanimes, niſi Vnitas ſinceræ & orthodoxæ Religionis. De una Religione exiguum libellum edidit Lipſius qui adjunctus ipſius Politicæ; contra quem Belgicâ

linguâ

linguâ ſcripſit *Theodorus Cornhard*, Pictor. Quęnam vero unica vera Religio in ſingulis Rebuſpp. ſit introducenda atque conſervanda præclare expoſuit Pl. Rever. B. Dn. D. *Vrſinus*, Theologus Ratisbonenſis, in aureo Tract. de Verâ & unâ Religione, qui liber, quantivis pretii, merito omnium *Politicorum Terentius Chriſtianus* eſſe, id eſt, quotidie manibus *teri* deberet. [ add. *Thuan.* in præfat. ad Hiſtor. & Eraſmi Epiſtola ad Campegium apud *Sleidan.* l.7. Comm. p. 191. Act. 4. verſ. 32. 1. Cor. 1. verſ. 12. ] Gallorum proverbium eſt portis Pariſiorum inſcriptum : *Vne foy, une loy, un Roy*; unaque religio plebem reddit unanimantem [ *Ammian. Marcellin.* lib. 22. ] una fides, una eſt pietas, una eſt colendi Rite Deum ratio; dementia cętera cuncta.

Es iſt gewis der Freundſchafft Kron/
Einigkeit in der Religion,
Der Glaube ſchmelzt zuſammen die Hertzen/
Es ſey im Ernſt oder im ſcherzen.

Sueci ſemper unam religionem ſervant in

ſuo regno, ideoque quum cives ita concorditer vivant, exteros hoſtes nauci faciunt. Subjiciam hic narrationem de Regina Chriſtina: Regina Chriſtina appulit Stockholmiam die Dominico qui erat primus Octobris 1660 circa veſpertinam ſeptimam, & fuit excepta pompâ admodum ſpectabili, & exploſione tormentorum ante non auditâ. In arce parata habuit ea conclavia, in quibus tempore ſui regiminis ſolita fuit agere. Comitatum ejus conſtituebant, 14. aut 15. Itali, ſi unà numeres 4. aut 5. fœminas & ſacrificulum. Tertiâ die Oct. tradidit ad manus Senatorum regni memoriale, quod continebat duo poſtulata: Primum erat, ut Receſſus, quem ſua Majeſtas anno 1654. Vpſaliæ exhibuerat, & omnes Status ſubſcribendo acceptarunt, in iſta regiminis mutatione ipſi confirmaretur. Secundum hoc, quoniam ſua Maj. mutaſſet religionem, & exinde adverſarii caperent varios prætextus ſuæ Maj. præjudicioſos, quæ tamen juxta tenorem receſſus nemini niſi ſoli Deo teneretur reddere rationem actionum ſuarum, ideo deſiderare ſe, ut

Rex

Rex & Senatus regni illum actum mutatæ religionis per peculiarem cautionem & aſſecurationem ſic explicarent, ut perverſę iſtorum malignorum opiniones Sereniſſ. Maj. nihil poſſint obeſſe. Summa totius memorialis eſt: Sua Maj. deſiderat non tantum confirmationem ſui receſſus, ſed etiam ſpecialem aſſecurationem, quod mutatio religionis neque plenam perceptionem ſuorum proventuum impedire, neque ipſam iniquis judiciis ac calumniis incolarum regni Suecię ſubjicere deberent. Subſcripſerat manu propriâ ſic: Chriſtina Alexandra: Iuxta autẽ petebatur reſponſum promptum, & conveniens abſque dilatione deciſio, ut ſua Maj. eò citius reliqua privata Senatui Regni ac Statibus inſinuare, viciſſimque horum placita ac conſiderationes recipere poſſet? Iudicarunt ergo Senatus & Status Regni ante omnia diligentiſſimè relegendum eſſe Receſſum, in quo invenerunt ſequentia: 1. Quod ſua Maj. debeat eſſe libera ab omni ſubjectione & obedientia, ita ut nemini hominum, ſed ſoli Deo debeat reddere rationem de actionibus ſuis, tam iis quæ

præceſſerunt hactenus, quàm quę poſt deceſſum de regno contingere poſſent, adeoque frui omni ea libertate, jure, independentiâ, quę ſibi ex natura conveniunt. 2. quod debeat omnino & pro quovis tempore exolvi curâ & obligatione debitorum, quibus hoc regnum ex qualicunque demum cauſa implicitum eſt, quodq; iſtiuſmodi debita regno inhæreant, & per regnum diſſolvenda ſint, ſive agnoſcantur æquâ ſive iniqua. 3. Vt ad ſuam congruam ſuſtentationem ſibi reſerventur regiones, civitates & loca commoda, ut Noorpingæ arx & civitas Oelandia, cum Bornholmio &c. Cum autē hoc memoriale coram Senatu & Statibus lectum eſſet, Reſpondit provincię Mareſchallus de familia Oxenſtirniorum nimis calidè præcipitando: Sibi ex ſuâ parte videri poſtulata Reg. Maj. omnino juſta & æqua. Idem dicebant cives: Ruſticorum ordo fatebatur, quid res erat, nimirum ſeſe minus idoneum ad ejuſmodi: res capiendas. At vero deputati Eccleſiaſticorum judicabant cauſam iſtam majorem gravioremque ut ſuum ſenſum ſuper eâ tam citò declarare

poſſent. Petebant itaque ſibi concedi deliberandi ſpatium. Die ſequenti exigebatur ab iis reſponſum ſatis inſtanter, quemadmodum etiam duobus diebus proximis & ſequentibus. Verùm ipſi oſtendebant, quod regina pro concinnando illo receſſu habuerit ſpatium quatuor aut quinque annorum, indulgeret proinde viciſſim ipſis quatuor aut quinque dies. Interim verò intellexerunt iidem Eccleſiaſtici de cultu Papiſtico, qui pro devotione Reginæ Chriſtinę publicè fiebat in arce. Cùm ergo die Lunæ qui erat 8. Octobris eorum Deputati illuc vocarentur, protulerunt rationes & cauſas, quare ſimpliciter & ſine aliqua limitatione receſſui de novo ſubſcribere neque vellent, neque poſſent. Eæ ſumebantur ex defectione Reginæ à Religione Lutheranâ: Quando (inquiebant) legimus & expendimus Guſtavi primi teſtamentum una cum Norcopienſi receſſu 1654. & Oſtebroicenſi jure 1617. f. 10. invenimus expreſsè, quod quiſquis à noſtra fide ad Papiſticam tranſit, eo ipſo debeat excidere totâ hereditate, atque omni jure ac pacis uſu intra totum re-

gnum Succię. Sumus quidem omnino conſenti, ut ſua Majeſtas gaudeat & fruatur reditibus ac terris ſuſtentationi aſſignatis, ſed non vi receſſus ſui, verùm propter dignitatem ſuam & præclara Majorum ſuorum merita circa coronam Suecicam; Nihilominus oportet receſſum ſuæ Majeſtatis limitari, ne qua noceat religioni & libertati Patriæ & ſecuritati. Reliqui Status Reſponderunt ſuam Majeſt. velle nobis Eccleſiaſticis ſuper eo dare aſſecurationem, eâ firmitate, quam nos deſiderare, aut etiam noſtris verbis concipere poſſimus. Erant tamen nonnulli de nobis qui ad ejuſmodi concluſionem oſtendebant, facilem fore ſubſcribendi modum. Verùm ego Epiſcopus Aboënſis opponebam: Non amplius eſſe fidendum ei, qui in re etiam parva foret dubius & perfidus. Reginam Chriſtinam autem ſeſe obligaſſe Oeniponti tum, cum à noſtra religione diſcederet, quod velit Romanam Catholicam Eccleſiam, omneſque ei addictos per vim permovere, & incrementis juvare: Proinde minimè nos poſſe eſſe certos, quantumcunque ſe nobis obſtrictura eſſet;

præ-

præſertim quum non ignoretur antiqua illa & incorrigibilis maxima : Hæreticis non eſt ſervanda fides. Congruum quidem eſſe, ut ejus & majorum inſignia merita & dignitas filię ex magno Guſtavo attendantur; ſed magis convenire, ut in valore ſervetur religio , quæ magno conſtitit ejus avo & patri, illi ut eam introduceret, iſti ut eam defenderet; ab illa autem ſic eſt abjecta, ut in ejus perſecutionem jurarit: Titulum tantæ filiæ eſſe quidẽ magnum & ponderoſum argumentum , verum eam jam non ferre nomen à Dn. Patre Guſtavam, per anagramma Auguſtam ſed à ſuo patre novo Romano Antichriſto ( qui ſecundum Satanam omnium noſtrum & verè Evangelicorum maximus hoſtis eſt ) Alexandro ſcil. VII. Alexandram. Deprehendiſſe nos, quod unitas religionis in noſtra patria habuerit perpetuum comitem, Concordiam inter Magiſtratus ſubditos& ſtatus,quodque nulli hoſtes externi poſſint nobis nocere, quandiu unitas in regimine perdurat, qui hanc ipſam prærogativam, quodque hactenus à tot & tam potentibus hoſtibus non potuerimus vin-

ci, eſſe aliud nihil quàm benigniſſimam Dei compenſationem pro eo, quod præ omnibus aliis regnis & provinciis mundi ſeriò & zelosè egerimus pro religione, nec admiſerimus ullam peregrinam. Quod ſi ejuſmodi zelum deponere, & ulli alteri religioni jura pandere velimus, tum certius nihil futurum, quàm ut contentio primum in religione, deinde etiam in regimine conſurgat, prout videre licuit in Rege Sigiſmundo. Quid Papa per Reginã Chriſtinam intendat, id jam ſatis patere ex hoc, quod ipſa in civitate regia atque ipſa arce & munitione rectà è regione conclavis juvenis Regis idolatriam inſtituerit, non attendendo, quod ejuſmodi exercitium tam privatum quàm publicum in primo articulo Necopingenſis Aſſecurationis in arce Stockholmienſi Eccleſiaſticorum privilegiis Regis Caroli Guſtavi aſſecuratione anni 1654. & 1655. datam omnino vetitum ſit, unde ſequatur, quod omnes iſtiuſmodi receſſus Eccleſiaſtici, confirmationes & aſſecurationes debeant caſſari, ſi illis exercitiis concederetur locus. Hæc cùm ego Epiſcopus Aboenſis dicendo

do abſolviſſem notavi quendam Senatus applauſum, quin etiam ſatrapa regni partem cum collegis communicatam, magnas nobis Eccleſiaſticis agebat gratias, promittebatque aſſiſtentiam. Monebamur tum, à Senatu videri conſultum, ut nos Eccleſiaſtici aſcenderemus ad Chriſtinam; & ejus Majeſtati seriò demonſtraremus quantum in periculum adduceret patriam per ſuum Papiſticum cultum, in ipſa arce exercitum. Itaque pariter aſcendimus cum noſtro Capite & Senioribus. Archiepiſcopo ( qui tum primum advenerat ) & Epiſcopo Aroſienſi, & Seniores qui tum fecerunt verbum, ſed nihil peculiare expedivimus illa vice apud Reginam, niſi quod verbis aſperioribus Archi-Epiſcopi adeò exacerbaretur, ut tertium inciperet lachrymari. Et cum Archi-Epiſcopus diceret: Se noſſe artes Papę, eum omnem captare occaſionem, quâ noſtras animas & corpora perdat. Reſpondebat ipſa: Melius eum novi, pro omnium veſtrum animabus non daret vel quatuor thaleros. His ita ſe habentibus poſt biduum confecimus ex inſinuatione Chriſtinæ & con-

ſenſu Senatus majorem numerum Deputatorum de Epiſcopis (Senioribus exceptis) & Sacerdotibus ad ſuam Majeſtatem. Hinc Epiſcopus Lincopienſis illi peculiari cum zelo expoſuit lapſum à Religione, quodque magno cum ſcandalo publicè exerceret idololatriam Papiſticam contra regni receſſus, aſſecurationes & privilegia, etiam ab ipſamet antehac conceſſa; ſed illa repetebat jus ſui Receſſus, quod omnino eſſet libera, nec teneretur ulli hominum reddere actionum ſuarum rationem; neminem ſibi poſſe eripere illam libertatem, quæ omnibus legatis ubicunque terrarum conc:ederetur. Ego Epiſcopus Aboënſis reponebam diſcrimen, quod inter ſuam Maj. & aliquem legatum eſſet, & oſtendebam, quantum periculi præ omnibus aliis traheret ejus exemplum. Illa Reſp. animo ſatis commoto, nullam eſſe cauſam, cur iſtiuſmodi à nobis peteret, ſeſe eſſe in poſſeſſione, in qua turbari à nullo poſſet, & provocabat ad receſſum. Præſes opponebat, eam per defectum à religione excidiſſe omni jure, quomodo 'ex receſſu prætendere poſſet, ſiquidẽ cum ſuâ Maj. rigidè

gidè agendum eſſet. Illa contra, ſe, aiebat, ſatis per illum receſſum munitam, ut quæ abſolveretur ab omni curâ reddendæ rationis. Præſes viciſſim oſtendebat, non poſſe illum receſſum omnes alios receſſus regni & conſtitutiones evertere. Subſervientes Presbyteri Vpſalienſes monebant, quod in ſuę Maj. receſſu expreſsè inſerta fuiſſet hęc concluſio: Si tamen ſua Maj. conſtans adhæreret religioni; licet poſtmodum expuncta. Rectè excipiebat illa, cum videretis me ea verba delere, facilè poteratis conjicere rem ipſam. Præſes: Non poteramus notare, quam Veſtr. Maj. delendi iſta cauſam haberet, quando de futuro defectu ne ſuſpicari quidem licuit. Si itaque V. Maj. aliud foviſſet mente, aliud prætuliſſet ore, fuiſſet reputandum pro dolo malo, qui veſtrę Maj. modò ſervire nequiret. Tandem cum diſputatione & fiduciâ ſuâ nihil poſſet perficere, convertebatur ad preces, & promittebat, quod ſua ſacra continere vellet intra januas clauſas, & præter ſuos neminem alium admittere. Præterea nobis ſeſe obligare eâ firmitate, quam ipſi concipere poſſemus, quod neminem

minem ad ſuam religionem attractura ſit. Adjungebat etiam ſi ſecus faceret, & de facto convinci poſſet, velle ſe multari jacturâ omnis juris & prætenſionis ad bona ſuæ ſuſtentationis. Stabat coram nobis erectis manibus, flectebatque nobis poplites quinquies continuatis vicibus & rogabat oculis lachrymabundis, ut hoc ſibi indulgeremus. Reſpondebamus libenter nos indulgere velle, quicquid in receſſu continetur; at nihil de religione, & quod per hoc aliàs peccaremus, in Deum, conſcientiam noſtram, &c. Retulimus autem de his plene omnibus ad Senatum, qui ea valde probabat, & ſuum promittebat auxilium, quò Reginæ ſacra tollerentur. Tandem eò perventum eſt, ut Regina Chriſtina nolens volens ſuum ſacellum demoliri & ſacerdotem cum aliquot Italis utriuſque ſexus è regno emandare debuerit, id quod contigit feriâ tertia & quarta; conſcriptumque eſt firmum teſtamentum, quo de conſervandâ in terris puritate religionis redditi ſumus ſecuri, & poſtmodum receſſus tandem confirmatus, cum hac limitatione, quod itidem juriſdictio Eccleſiaſti-

ca

ca per omnia deberet eſſe Regis & Coronæ; in civilibus vero teneretur ſua Maj. nominare aliquem Gubernatorem Generalem ex numero Senatorum Regni, qui habeat poteſtatem conſtituendi Præfectos purę Lutheranæ religioni addictos. Ex illo exhibuit ſe hilariorem, & prętеritâ die Solis voluit intereſſe quibuſdam nuptiis. Tantum de Chriſtina Alexandrâ ab Alexandro ex publicis relationibus.

XLVII. Hodie, quia intergerinus proh dolor! dividit Eccleſias; Et in Germania alibique eſt Roboam & Ieroboam, Ieruſalem & Samaria: ſi ſumma poteſtas in republ. non poteſt ſubditos in religione diſſidentes (ob metum rebellionis) ad unam & veram religionem adducere, in ejuſmodi caſu neceſſitatis extraordinariæ eſt magiſtratus prudẽtis, imitari exemplum periti navarchi, qui cum videt ob vim, tempeſtatis adverſæ præſentis, ſe curſum directum in mari tenere non poſſe, obliquo & indirecto utitur, vel planè tempeſtati cedit, ne navis in extremum periculum deducatur. Ideo Carolus V. cum à Clemente VII. Bononię urgeretur, ut Luthera-

theranam religionem armis oppugnaret, ſuggeſtionibus ipſius graviter primum reſtitit, reſponſo ad poſtulatos; Clementis articulus tali dato : Vt parentum deliria ferenda ſunt; ita in civitatibus ac regionibus vitia quędam eſſe diſſimulanda. Obſervetur inprimis hic regula Chriſti *Matt.* 13. verſ. 28. 29. 30. ad *Eſai.* 11. verſ. 6. *Matt.* 13. verſ. 47. 1. Cor. 11. verſ. 19. De zizaniâ tollendâ vid. *Sleidan.* lib. 23. Comm. pag. 742. Hodie quantę concertationes de religione? à quarum eventu plebs & indocta cerdonum manus ſtultiſſimo ardore pendet. Hæ ſanè omnem bene gerendi rem abſorbent occaſionem (Vid. *Piccart.* in Obſerv. Hiſt. Pol. Dec. 4. cap. 4.) Reformati hodie concordiam cum Evangelico-Lutheranis noſtris feriò exoptant: Vnde Sereniſſimus Haſſiæ Landgravius Wilhelmus Caſſellis ann. *1661.* menſ. Iulio Colloquium inter Theologos, Sebaſtianum Curtium p. t. Marpurgenſis Academiæ Rectorem, Ioannem Heinium ab unâ, & inter Petrum Muſæum & Ioan. Heinichium ab alterâ, Lutheranorum ſcil. parte ( prę ſentibus conſiliariis Ioh.

Caſpar.

Caſpar. à Doringuenberg, Ioh. Henr. à Dauber, & Caſpar. Frider. à Dalvvig) inſtitui curauit. Sed res optabili exitu caruit, ac æquaminiores & concordiæ cupidiſſimi utriuſque religionis hodie (perperam tamen & ineptè) odioſo & non Chriſtiano nomine *Syncretiſtæ* appellantur. Ioh. *Duraus*, Eccleſiaſtes Anglicanus, putat facilem ad concordiam inter religione diſſidentes fore viam, ſi dogmata, ſine quibus cognitis & creditis ſervari non poſſumus, ab aliis, quæ eo loco haberi non debent, ſeparentur, & omnes in ſimplicitate verborum acquieſcerent, curioſas quęſtiones & gloſſas ſcrupuloſe additas, miſſas facerent. (Vid. B. D. *Calixt.* in Præfat. ad libr. de Bono perfectè ſummo.) Flaccianiſmus ſanè ortus eſt ex inutilibus & rixoſis diſputationibus. Et forſitan tutiſſimum eſſet prohibere omnes ejuſmodi diſputationes, ac præſcribere, ut homines ſolo Catechiſmo contenti, de aliis Theologicis quæſtionibus haut ſolliciti viverent. Cæterum inter Chriſtianos in eruditâ noſtrâ Europa hoc remedium vix in obſervantiam bonam & viridem

perveniet: Fatendum itaque eſt, quod mutari non poteſt: Militat hic Eccleſia, in cœlo æternâ vitâ tandem triumphabit. Egregia in rem præſentem vid. in Selectis Epiſtol. Richteri pag. 118. ubi etiam Calixti mens circa diſcordias Eccleſiaſticas exprimitur.

XLVIII. *Sextum remedium Politicum* ad conſervandum ordinem inter [b] imperantes & parentes eſt *Amor Populi.* Languida itaque manu utantur omnes boni Paſtores Populi, imitenturque Pelicanum, qui roſtro elicit è pectore ſanguinem ad paſcendos pullos. *Rex & Grex & Lex* ſemper hac viâ viguit, ſemperque vigebit: Bonus & ſalutaris Reipublicæ Rector, univerſis civibus ſæpe, & plerunque etiam ſingulis quaſi ſervat, aliiſque inſerviendo, inſtar candelæ ardentis, conſumitur: SOL IMPERANS non lucet modò, ſed fovet, vegetat, animat ſplendore ſuo (add. *Dan.* 4. verſ. 17. 18. 19. c. *Imperialis* 2. F. t. 52.) Et ut pater aliquis in magna familiâ ad ſingulos animum

b *Amor erga Populum Reſpp. in tranquillo portu conſtituit.*

mumatque oculos adjicit; ita etiam Reipublicæ & Patriꝫ Pater. Quemadmodum enim Paſtor, quatenus eſt paſtor, non ſe, ſed oves curat, quod proprium eſt ejus opus, lac autem & lanam, tanquam acceſſionem quandam percipit;ita etiam Rex Reipublicæ, quatenus Rex eſt, non ſe, ſed rempublicam curare, quod proprium eſt ejus officiũ debet? cui honores & opes, tanquam pro acceſſione, quemadmodum in Evangelio proditum eſt, adjiciuntur; ut is, qui altari ſervit de altari quoque vivat. De Mexicanis Regibus ſcribit, Lopeſius Gomara, more gentis cum conſecrarentur, eos jurare debuiſſe in hæc verba: Effecturos ſe, ut Sol curſum ſplendoremque ſuum teneret, nubes pluerent, rivi currerent, & terra produceret omne genus frugum. Quod juramentum, quamvis à nemine mortalium, ne quidem à Rege, impleri haut poſſit, hoc tamen adumbrat, quod Reges & omnes alii imperantes, ad amorem parentium conciliandum, pro Reipublicꝫ ſalute excubare, vigilare, &, ſi urgeat neceſſitas, prælia ſuſtinere debeant. Divi Iulii Ducis Brunſvicenſis, ſubditos

inſtar

inſtar filiorum amantis, ſymbolum; ita [b] verſibus expreſſum:

*Dum flagrat miſeris ſuccurrere prompta voluntas*
*Officio pereo perditus ipſe meo.*
*Ut volueris roſtro terebrans ſua pectora adunco,*
*Vivificat fœtus mortua membra ſui:*
*Vtque ſuo extincta moriuntur munere tandem,*
*Dum prebent aliis, lumina grata faces:*
*Largo ſic proprium depaſcit munere corpus*
*Dux mitis populi victus amore ſui.*

Proinde miſeranda eſt illorum imperantium vita, qui ſe metui, quàm amari malunt; quum nullum majus boni imperii inſtrumentum ſit, quam boni amici (*Tacit.* l. 4. c. 7.) Errat, ſi quis exiſtimat, tutum eſſe ibi Regem, ubi nihil à Rege tutum eſt: Securitas ſecuritate mutua paciſcenda: Non opus eſt inſtruere in altum editas arces, nec in adſcenſum arduos colles emunire, nec latera montium abſcin-

b *Aliis inſerviendo conſumor.*

abſcindere, multiplicibus ſeſe muris turribuſque ſepire; ſalvum Regem in aperto mutuus & reciprocus amor præſtabit; qui eſt unum inexpugnabile munimentum. Certè quem metuunt ſubditi, etiam oderunt: quem quiſque odit, periiſſe expetit (add. *Tacit.* l. 6. Ann. c. 36. & in Agricola c. 32.) Quid conflavit Veſperas Siculas? Odium Gallorum. Quid excitavit motus Belgicos? Odium Hiſpanorum.

*Non ſic excubiæ, non circumſtantia pila,*
*Quam tutatur amor*

--Et qui vult amari, oportet, ut languidâ manu imperet; inviſaque imperia nemo retinuit diu.

Die Liebe will gůte wort' hahn
Durch Zwang ſie niemand werden kan.

Commendatur ab omnibus Politicis hoc nomine Divus Eberhardus I. Dux Wurtembergicus, qui in convivio Principum, aliis ſuas opes & imperia jactitantibus, utque idem ipſe faceret monentibus, reſpondit: Se de nulla re gloriari poſſe, niſi quod

quod ſine metu [ referente *Ioach. Camerario* in vitâ Philippi Melanchtonis *Cruſ.* part. 3. Ann. Suev. lib. 7. c. 14. ] in cujuſvis ſui civis aut ruſtici ſinu ſomnum captare poſſet. Hinc etiam excelsè memorati Principis ſubditi pro affectu quidem pleniſſimum, attamen minus accuratum conditionale proverbium in ore tum temporis habuerunt: Wen Gott nicht Gott wehre / ſo müſte unſer Herzog Gott ſein. Stephanus quoque Secundus Dux Bavariæ nullum Boium eſſe aſſeveravit, in cujus ſinu ſolus & inermis tuto dormire non poſſet. In ſummâ; Imperium ſine amore imperantium, eſt velut planta ſine radice: Nam ut minima quæque procella arborem nullis radicibus fixam proſternit; ſic leviſſima omnis occaſio ſubditos erga Principes projicit, & à dominis propriis divertit; hincque mutationes Rerumpublicarum. Sanè eſcâ humanitatis, & viſco animi grati animi hominum captantur; ac imprudens eſt ille auceps, qui capiendis columbis tubâ columbarium accedit. Atrebato à Ludovico XI. Rege

Rege Galliæ expugnato, & in poteſtatem redacto, multi ex civibus maluerunt ſuſpendium ſuſtinere, quàm dicere; *Vive le Roy*, *Vivat Rex*. Franciſcus Alenconius, cum Brabantiæ, Limburgi & Loterii Dux pronunciatus eſſet, Arauſionenſis ei inter ſolennia togam induit, & hæc verba uſurpavit: Hoc principale pallium, quod ſumis arctâ tibi fibula nectendum eſt, ne quis illud detrahere poſſit. Verum Alenconius mox contra Belgas illiberalia agitavit conſilia, Eindoviam, Dunkerkam, Dixmudam intercepit, Antvverpiæque occupationem, quamvis irrito conatu, ſibi ipſi ſumpſit. Vana poriundę Vrbis Antvverpienſis ſpe ita exultavit, ut, quaſi jam re confectâ, jactationi minimè temperaverit, & humero Conſulis Schonhovii ter percuſſo, ſubjecerit: Hæc illa dies erit [erat autem 16. Cal. Febr. A. C. 1583.] quæ inani principatus imagine deceptum adhuc, me deinceps veram rei Belgicæ ſummumque ducem imponet. Mompenſerius, Lavallus, ac Rupiſulcandius, facti atrocitate perculſi, intercedebant, & parendi neceſſitatem deprecati, ut

ut ſe excuſatos haberet, Ducem rogabant. Duce in ſententiâ obſtinato, cives, quamvis diverſitate religionum ſciſſi, tamen conjunctis viribus pro vita, liberis, uxoribus, in communi cauſa miſcent iras, tanto ardore, ut quibus glandes plumbeæ deeſſent, animis induſtriam facientibus, nummos marſupiis promptos & dentibus manſos protinus ſlopetis indiderint, & exploſerint. Eventus Gallici hujus negotii hic fuit, ut Dux, emiſſis 1200. flagitii tam nefarii ſociis ipſe & gentis exiſtimationem & fidem & denique ſemetipſum perdiderit. Tandem Dux inglorius è Belgio diſceſſit, & in caſtro Theodorici 4. Id. Iun. proximo anno ex hac vitâ migravit. [Vid. *Lanſ.* in Orat. contra Gall. p. 294. & ſeq.]

XLXIX. *Septimum Politicum remedium* cives, eoſque, quibus obſequii gloria relicta eſt, in tranquillo ſtatu conſervandi eſt [a] *Nationis & gentis paritas.* Experientia etenim teſtis eſt, quod ſubditorum mores diverſi, animorum quoque divor-

[a] *Nationum diverſarum ſub uno ſceptro viventium Pacificatio conſervat Reſp.*

divortium conciliare plerunque ſoleant. Ita v. g. quum Sororis Franciſci Galliæ Regis neptis deſponderetur Wilhelmo Principi Clivenſi, alienior fuit puella, non tam ſuo quodam, aut illius contemptu, quàm ſuſurrationibus & contemptu quorundam, qui Germaniam ut agreſtem atque duram præ Galliæ delitiis & amœnitate ſumma deſpiciebant [vid. *Sleidan.* l. 13. Comment. pag. 381.] Quis Hiſpanos & Gallos ſtudiis & moribus invicem contrarios, ſub uno ſceptro continere valeret? ut fruſtra ſint Reges & Principes, qui Monarchiam univerſi Orbis Politici meditantur, imò ſomniant. Gallorum & Hiſpanorum ingenia, adeò contraria, quidam cùm conſiderarent, dubitare cœpere, an utriuſque gentis ſoboles eodem naturæ ordine gigneretur in mundum. Gallum vides præcipitem in diſpiciendo, ſed inſtituti nihil tenacem: Hiſpanum autem tardum, ſed minima quæque examinantem. Galli in deliberationibus nihil moventur ſtrepitu, ad prandia etiam de rebus graviſſimis aures præbentes: Hiſpani ſeceſſum quærunt, & muſcæ

præ-

prætervolanti meditabundi iraſcuntur. Non animi tantum & corporis eſt inter has gentes diverſitas, ſed etiam veſtitus: Gallis turgent caligæ, Hiſpanis thorax; collare Gallis anterius, Hiſpanis anterius conſtringitur; Galli thoracem conſtringunt à ſummo globulo ad imum; Hiſpani ab imo incipiunt; Galli thoracem poſtremo iniiciunt humeris; Hiſpani primò: In victu quoque magnum diſcrimen: Galli jentant, prandent, merendant & cœnant; Hiſpani bis reficiunt corpus: Gallis fruges & poma menſam claudunt; Hiſpani aperiunt: Galli ſaturi deambulant; Hiſpani ſedent dormiturientes: Galli confabulantur per menſam; Hiſpani vix verbum proferunt: Galli per plateas faciunt complures unam frontem; Hiſpani terni nunquam plures incedunt, ſed ſubſequuntur: Galli eundem ſervant ordinem; Hiſpani extimos amant ordines, quos per vices in medium convertunt: Famulus Gallis pallium & enſem fert; Hiſpani famulorum etiam enſes: Galli geſticulabundi per plateas garriunt; Hiſpani ſilentes componunt corpus: Galli operoſi ſunt in ſalutatio-

nibus

nibus ; Hiſpani verò graviſſimè illis defunguntur. Solche unterſchiedliche Leute ſitten und Geberden wie könten die unter einem Zepter Cron/und unter eines gouverno eine politiſche harmoniam machen; weil wiederliche Köpffe ſchwerlich unter einen Huet zubringen. Ex diuturnis bellis inter Anglos& Scotos natum Politicum odium, tandem ( uti etiam inter Hiſpanos & Anglos) capitale & hæreditarium factum eſt, quod etiam nulla ſuperiorum Regum amicitia , vel cognatione aut fœderum tabulis extingui potuit. Quanquam enim mortua Eliſabetha jure ſanguinis Iacobus Scotiæ Rex , Diadema Regium Londini ſuſcepiſſet , mox tamen in novelli Regis necem conjuratio detecta eſt , orta ex innato Anglorum contra Scotos odio. Hinc prudenter Iacobus VI. Rex nomen *Magnæ Britanniæ* Regis hac maximè de cauſa adſumpſit, ut animos invicem abalienatos communi nomine ſociaret , & ſimul Scotos demulceret , aliter torvum viſuros , ſi ille in titulis Angliam Scotię anteponeret.

Iacobi hujus Sereniſſimi exemplum imitentur omnes Reges & Principes,qui ſubditos, moribus ſtudiiſque contrarios, in manu ac poteſtate ſua habent. Interim tamen non nimiam, quæ exitialis, ſed moderatam inter ſubditos diffidentiam, credulitati oppoſitum,& Civitates conſervantem, omnibus Politicis Rectoribus de meliori nota commendamus. Magni nominis Politicus ita de hac re: Princeps diffidentiam & invidiæ ignem inter ſubditos ſpargat: Status Principis eſt *Cantus Muſicalis*; Proceres ſunt *Notæ majores*, Magiſtratus ſive Miniſtri Reipublicæ *Minores*; Mercatores repræſentant *Minimas*,& Plebeii *Semiminimas*: *Claves* quæ harmoniam componunt, Leges ſunt. Directorem hujus Muſices Rex vel Princeps agit. Hic diſcordantes corrigat, aliquando cantum mutet, illumque, quoties res poſtulaverit, artificiosè diſſonantem per contraria *ſemitonia* reddat.Hæc ille. Non verò eſt, ut per illam contrarietatem factiones & bella civilia inter ſubditos intelligas: Sed hoc volo, quod diffidentia quædam ſive ſuſpicionis umbra inter ſubditos

ditos artificio Politico nutrienda. Hac enim ratione invidia, inter illos excitata, omnem machinationem contra Regis aut Principis perſonam impediet; utpote quum non rarò magna inter cives confidentia, unionem producat, quæ audaciam inde excitatam in rebellionem, quâ datâ portâ, convertit, contumaciæque feneſtram aperit. Cautus medicus in quodam corpore febrim nutrit, ut illo calore interno frigiditatem humorum peccantium corrigat. Sicut Theriaca, ex multis herbis contrariis compoſita, à veneno præſervat, ita Reſpublica à ſuſpectis & contrariis, nec ſibi fidentibus ſubditis conſtituta Salutem Principatuum conſervat. Ipſa Mundi machina per diverſas quatuor elementorum operationes ſuſtinetur. Veneta & Genuenſis Reſpublica tacitam animorum contrarietatem inter familias veteres & recens natas obſervavit. Venetiis plebs in partes dividitur, alii Caſtellanii, alii Nicalotæ appellantur, qui ſtato die cum maximo ſpectatorum applauſu in conflictum deſcendunt, pugniſque acriter decertant. Non tantum intra Civitatis viſcera

hoc Politico-Statiſticum remedium utile; Verùm etiam quoad exteros

*Semper habet comitem vis metuenda metum.*

Tutiſſimas reddit ſocietates mutuus metus, quam, qui timentur, ipſi timent, quippe qui eam violare cupit, dum ambigit an ſuperior eſſe poſſit, abſterretur [ *Thucyd.* l.3. Bell. Pelopona. cap.2. ] Expertis invicem Parthis Romanis, cum Craſſus atque Pacorus utrimque virium mutuarum documenta feciſſent; pari rurſus reverentia integrata amicitia ( *Flor.* l. 4. cap. 11. add. l. 4. cap.2. ) Hinc *Tacitus* ( L. de M. G. cap. 1. ) pereleganter ait; Germaniam à Sarmatis Daciſque mutuo metu ſeparari. Vnd helt ein Schwerd das ander in der ſcheiden. Præclarè ait *Seneca* ( Epiſt. 95. ) *Societas noſtra lapidum fornicationi ſimilima eſt, quæ caſura, niſi invicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtinetur.* Pœnorum hoſtium imminens metus veterem Romanorum diſciplinam feliciter continuit ( *Flor.* lib. 3. cap. 17. ) qui ibidem addit. Vltimos 100. annos tertię ætatis

tis Populi Romani hac ratione fuiſſe aureos. Simulac enim remotus fuit Carthaginis metus, non gradu, ſed præcipiti curſu à virtute deſcitum, ad vitiaque tranſcurſum (*Vell. Patea.* lib. 2. cap. 1.) Hinc prudenter Scipio Naſica pronunciabat, ſervandam Carthaginem, ne, metu ablato æmulę urbis, Luxuriari felicitas Romanorum inciperet (*Flor.* lib. 2. cap. 15.) Græcia externo Perſarum metu ſoluta, arma in ſe convertit, & tamdiu ſe mutuo attrivit; donec Macedo eam ſubjugaret (vide *Thucididis* Bellum Peloponneſiarum in totum.) In ſacris quoque (*Iudic.* 3. verſ. 1. & ſeqq.) Dominus per Ioſuam non omnes impios è terrâ Sanctâ exterminavit, ne ad virtutem ſtimulus deeſſet Iſraëlitis. Hactenus cum Rege Galliæ (qui in Pace Monaſterienſi inter Ordines Imperii, uti Rex Suecię, haut receptus) pacem Germaniæ conciliavit, mutuus metus, & retinendæ Alſatię ſtudium. Mutuus metus etiam Fœderatum Belgium ab invaſione Hiſpanorum cuſtodit. Foris pacem firmam ſi haberemus, nec amplius nobis exteri eſſent metuendi, de Republicâ

Imperii prorſus actum eſſet; adeoque exterorum gladius noſtrum gladium in vaginâ reconditum continet, quo alias in propria ſæviremus viſcera. Quod vero tyrannicam diffidentiæ inter imperantes & ſubditos zizaniam concernit, ex illa propullulant venenati fructus, Naſcuntur inde ſiniſtrę ſuſpiciones: Poſt alter alterum metuit? Hinc incredibilis animorum alienatio, & incivilis æmulatio. quę omnia tum verba, tum facta, quam poteſt, peſſimè interpretatur, bonamque intentionem in deteriorem commutare gaudet. Vbi tabes hæc animos ſemel occupavit, vix ei peritiſſimi medici medelam afferunt: Quicquid enim permiſeris, quicquid donorum æmulo contuleris, ſemper adhuc increſcit ſuſpicio; utpote ſemper verita, ne quis ſub ſpecioſo hoc velamine lateat dolus, ne quod precioſis hiſce lancibus & ſapidis eduliis immixtum ſit toxicum & acconitum. In ſumma; boni Rerumpublicarum gubernatores limites in hoc articulo non excedant, credendo vel *omnibus*, vel *nulli*. Vt autem varii generis & diverſarum nationum homines, Rempublicam inco-

incolentes, intra tranquillitatis terminos contineantur, dent operam Statiſtę (1) ut amicâ conſuetudine animi eorum uniantur per juſtum ordinem ac morum bonorum diſciplinam. (2) ut ſuarum rerum tantum ſatagant, publicarum incurioſi; & quam quiſque norit artem in hac ſe exerceat. (3) Vt ſint orthodoxi Chriſtiani, non hęretici (*Vid. lib.5. C. de Haret. & Manichæ.*) & quî talem religionem profitentur, cujus capita tranquillitati publicæ nociva; aut apertè blaſphema, qualia ſunt in Papalinâ religione Ieſuitarum axiomata v. g. de fide hæreticis non ſervanda, de obſequio magiſtratui, à Papâ excommunicato, negando &c. Ita quoque Arriani, Sociniani (ab infauſto Fauſto Socino, Italo, ita dicti) Anabaptiſtæ, Enthuſiaſtæ & phanatici Spiritus homines, quos Quackkeros vocant (quorum infinitus numerus Angliæ Angelicâ quaſi faciē facile corrumpere poſſet) ex omni bene conſtitutâ Rep. procul ejiciendi. Boni peregrini recepti, virtute clari, & omni exceptione majores quin poſt longioris temporis ex-

perimentum etiam ad honores admoveri poſſint, nemo Politicorum in Politicum vocat dubium; id quod etiam paſſim in noſtra Germania tanquam quintum Evangelium practicatur. (4) Porro cavendum, ne provinciis bello ſubactis pręficiantur peregrini rectores, ut eò placidius maneat obſequium. Chriſtianus I. Rex Daniæ & Suecię, Sueciæ Regno excidit, dum peregrinos, contra pacta, Suecis pręfecit. Meürſius (lib. 1. Hiſt. Dan.) hoc annotans, egregiam addit margaritam Politicam: *Gens quæq; paulo erectioris animi, eo planè eſt ingenio, ut imperiis ſuorum haut gravatè morem gerat; externorum irritetur: Et cum ſe de fide eorum dubitare oſtendit Princeps, eam facilè per occaſionem exuat.* Cum quo concordat Q. *Curtius*, inquiens, Alienigenam dominum nemo libenter pati vult, & ſuis quiſque paret placidius [lib. 6. cap. 3. & lib. 7. cap. 8.] (5) Curet etiam Vir Politicus ut alienigenæ legibus ac moribus indigenarum ritè atque decenter ſe accommodent. Inſuper, (6) juxta cynoſuram Iuris gentium, quia peregrini homines ſunt, & juris

ris civilis, quia reip. communia onera ſuſtinent, humaniter quoque ac civiliter tractandi (Vid. *Levit.* 19. verſ. 33. 34.) Denique (7) ſecuritatis & tranquillitatis publicæ intereſt, ut peregrini, qui vi armorum ſubacti, exarmentur. (Vid. *Liv.* lib. 4. cap. 10. lib. 5. cap. 27. *Cæſ.* lib. 2. de B. G. cap. 13. & cap. 31. & pluribus *Schoockius* l. 3. de Sedit. c. 14.)

L. [a] *Octavum Politicum remedium* Tranquillitatis Rerumpublicarum eſt, *ut Nobiles* genere & virtute ſimul, aut virtute tantum tales, *gubernaculis Rerumpp. admoveantur*; *& ut ignobiles*, quales ſunt mercatores, artifices mechanici, operarii & ruſtici, *commerciis*, *artificiis aliisq; laboribus ſemper occupentur.* Quod nobiles attinet, in Regio & Ariſtocratico imperio, aliisq rectis Rebuſpp. exactiſſimè illud ipſum obſervari debet (add. l. § 3. D. *de Muner. & honor.* §. *ult. Præm. Inſtit.*) ut adeò *Ludovicus* Rex Galliæ non bene rem geſſerit, dum ſartorem pro Feciali, tonſorem pro Legato, medicum pro Can-



a *Octavum Politicum remedium ad tranquillandam Rempub.*

cellario habuit: contra verò Philippus II. Rex Hiſpaniæ rectè putari, dicendo; honores in homine inepto, ut cibos delicatos in malo ſtomacho corrumpi ( Vid. *Lanſ.* in Orat. pro Hiſpan. pag. 245 ). In ſcenam nemo prodit, niſi hiſtrionicam probè meditatus; nemo fidibus ludit, niſi Muſicam teneat; quanto magis oportet eos, qui gubernacula reip. capeſſunt, qui conſilium, qui opem innocentibus pollicentur, neceſſariis ad rempubl. pertinentibus artibus antea exornari. In Democraticis vero Rebusſpp. etiam artifices mechanici ( Schuſter / Schneider &c. ) muneribus Reipublicæ præfici ſolent, ut paſſim in urbium Germanicaum regimine obſervare licet. Függeri Comites incrementa ſua debent texturæ & lanificio: Vnde Carolus V. Imp. Franciſco I. Regi Galliæ, Lutetię Pariſiorum aurifices eorumque aureos labores oſtentanti, referente Zingræffic, ſuggeſſit: Eß were zü Augſpurg ein Weber / der könne das alles mit bahren Golde bezahlen. Inprimis verò ad turbas evitandas Reges

& Prin-

& Principes caveant, ut illos, quos ad magna & excelſa munera evexerunt, haut contemnant, aut injuria afficiant. Non ſatis erat Sophiæ Iuſtini uxoris ut Narſem ex Italia revocaret, ſed domum reverſum probris quoque afficiebat, dicens: Ideo ſe eum revocaſſe, ut ipſe quoque cum cæteris Eunuchis fila columque traheret. Quare irâ percitus Narſes, Alboino Longobardorum, Regi author erat, ut ipſe Italiam occuparet; quod etiam factum (*Vid. Machiavell.* l. 1. Hiſt, Florent. pag. 12.) Quantum damni ceperit, Iohannes Epiſcopus Hildeſienſis, quod Burchardum von Salder aliosque Nobiles Diecæſis Hildeſiienſiis offenderit vid. Letzner. (in Chronic. Daſſelenſ. lib. 2 cap. 18. & 19.) Quod vero reliquos illiteratos & infimæ ſortis homines concernit, quilibet in ſtatione ſua duro & improbo labore divitias, victum & amictum ſibi ſuiſque quærere debet, ut Reip. quaſi cælum ſemper maneat ſerenum. Poſt lapſum humani generis Oeconomica lex, omnes mortales obligans, eſt à DEO O. M. po-

ſita: *In ſudore vultus comedes panem tuum.* Hinc patrimonium otioſi non poteſt conſervari, propter dentes familiæ, qui otioſi eſſe nolunt, ſed quoditie illud abſumunt. Lutum, niſi tundatur, non fit urceus; & qui vitat molam vitat farinam; quo pertinet fideicommiſſum: *Rogo te, ut prædia diligentia tua cures* (l. 11. §. 8. de Legat. 3). Secunda fortuna & otium cum pace contumelioſos reddere ſubditos, cenſet Ariſtoteles (l. 7. Pol. c. 15.) Laborando vero, arando, navigando, artes liberales & illiberales, ſive mechanicas, indies exercendo, tuta & tranquilla præſtantur imperia. Conſtat ſanè inter omnes Politicos, quod negligentia ſemper habeat comitem infelicitatem. Non votis neque ſuppliciis muliebribus auxilium Divinum paratur, vigilando, ſtudendo, bene conſulendo, laborando proſperè omnia cedunt. Vbi verò ſocordiæ tete, atque ignaviæ tradideris; necquicquam DEVM implores, iratus infeſtuſque erit.

*Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus,*
*Vt capiant vitium, ni moveantur aquæ.*

Om-

Omnibus itaque vitanda improba Siren Deſidia; quum homines nihil agendo male agere diſcant. Periphanus Ribeira Alcalæ Dux dicere ſolebat: *Negotia difficilia tanquam facilia; & facilia tanquam difficilia tractanda eſſe; ne facilitas negligentiam, & difficultas deſperationem adducat.* Et Livius Fincke von Gratz cuidam ſcholam Salernitanam laudanti dixit: Illam eſſe optimam ſanitatis regulam, quam DEUS præſcripſit Gen. 3. v. 19. *In ſudore vultus veſceris pane tuo.* Imo qui nihil agunt, mortui ambulant inter vivos, & natura ipſa quærit, non ſolum in negôtio rectè, verum etiam in otio honeſtè verſari (*Ariſtot.* l. 8. Pol. c. 3.) O ſalvam Rempublicam, in quâ etiam illi, qui chiragra & podagra affliguntur, laborant. Ac quibus ingrata eſt illa Hippocratis confeſſio: Medicè vivere, eſt peſſimè vivere; adhibeant remedia hæc: laborem temperatum, bonam diætam, frugalitatem, & temperantiam. In ſumma: Sicut aves ad volatum, equi ad curſum, ad ſævitiam feræ gignuntur; ita hominibus proprius & innatus eſt animi & corporis labor. Quod adeo

adeò obtinet, ut non valeat juramentum de non laborando, tanquam contra jus divinum & bonos mores (*Stracha*. de Mercat. p. 3. n. 37.) In Polonia actio furti triennio preſcribitur, ut imputent ſuæ pigritiæ omnes deſides & lenti, quod in ſui damni recuperatione minimè curaverint vigilare, per conſtit. Caſimiri M. an. 1368. fol. 31. Et quamvis Deus O. M. nobis abſque labore largiri bona poſſit, quibuſdam etiam largiatur; tamen id quodammodo extraordinariè & miraculoſè contingit, ut ſub regulam artis non cadat (*Bornitus* de Rer. Sufficien. l. 1, c. 1. Qui itaque & naturales & induſtriales divitias à Deo expetit, otium fugiat, boniſque negotiis intentus fortiter laboret, ſimulque hoſce Loniceri jambos ſemper ante oculos habeat:

*In Vere qui deambulationibus,*
*Æſtate ſed piſcationibus vacat,*
*Dehinc in Autumno aucupio eſt deditus,*
*Lugebit iſte Hyemem famelicus aſperam,*

Ampliſſima Civitas Amſtelodamenſis ſecurior præ aliis Civitatibus ſeditionum eſſe poteſt, quod omnes fermè inquilinos

eò invitet Mercurius. Cum verò & magno pretio domum conducere debeant, & menſæ ſplendor plurima exigat, quotquot ibi degunt, aliis omnibus rebus relictis, atque incurioſi Reipubl. duntaxat mercaturæ, aut artis exercitio incumbunt. Piè & prudentiſſimè quoque pauperibus proviſum eſt: Nam, validis non permittitur ſtipem emendicare; ſed aut urbe ejiciuntur, aut compinguntur in ergaſtulum, ut laborando victum ſibi acquirant [Vid. *Schoock.* l. 3. de Sedition. pag. 726.] In aliis vero urbibus, ubi talis ordinatio politica non occurrit, per otioſos turbæ levi negotio concitantur, ſi illi, quibus otiari licet, neſciant otium ſuum honeſtè diſpungere. In ſumma; uti natura humana duris laboribus inſtruitur; ita per otia torpentia fatuatur; Civitaſque negotioſa, ſi negotium cum otio commutat, ſtatim everſionem, aut ſtatus mutationem patitur. Plebs itaque otioſa, ſemper in rerum innovandarum deſideriis vivens bonis negotiis intenta, à malo publico detinebitur, illudque facere deſinet; utpote quum bona negotia, ac victus copia per illa

quæſita, ſint compedes, quibus conſtrictus populus in quieto obſequio continetur. Nullarum proinde artium ceſſet induſtria, validi mendicantes & ignavi, qui aliis graves inſtar fucorum alienis laboribus paſcuntur domo diſciplinæ (quam vocant) includantur, aut ſub pœna inediæ & flagrorum ad operas præſtandas cogantur. (add. *Syrach* 33. 25.) Providendum inſuper eſt, ut tenuiores ex civibus commodam laborandi occaſionem ſemper offendant. Quod ſi frigeant artes mechanicæ, indeque Segne otium enaſcatur, provideant magiſtratus (ſi nulla occaſio belli ſit præforibus) ut opera publica laborioſa, reipublicæ multum utilia v: g. foſſarum ductus, munimenta *&c.* fiant, quo plebs ejuſmodi laborum exercitio victum & amictum ſibi parare queat. (vid. *Septalius* de Rat. Stat. l. 2. c. 22. Hac ratione Rex Herodes plurimas conjurationes & ſeditiones evitavit (*Ioſeph.* l. 15. Hiſt. Iud. c. 13.) Pauperes verò Senes depontanei, orphanique impuberes, qui laborando ſe ſuſtentare non poſſunt, in Gerontocomiis & Orphanotrophiis alendi ſunt,

ſunt. Sit tamen & hic modus in rebus, ne, ubi multum in pauperes erogatur, multi ex plebe operarii die auß der Hand in Mund leben / prima ætate ad matrimonia provolent. Hi enim plerunque liberis non provident, quod certò ſibi perſuaſum habeant, eos à ſuo exceſſu in orphanotrophiis eſſe educandos, quum tamen hac ratione tenuioribus civibus grande onus accreſcat, dum ad ſuſtentandos orphanos eleemoſynas conferant. Porrò ut ſinguli cives labore manuum bene & feliciter vivere queant, ferendæ & ſevere exercendæ ſunt à ſingulis magiſtratibus ſumptuariæ leges, quoad luxum in conviviis, compotationibus, & corporis veſtitu. Præclare in rem præſentem *Schoockius* ( l. 3. lib. 3. de Sedit. c. 18. in fin. ) *Quam optandum foret, ut leges ſumptuariæ ferrentur, atque latè ſeverè obſervarentur; ſimul magiſtratus exemplo ſuo eaſdem roborarent; nihil concederent liberis & domeſticis ſuis, quod non pariter licitum eſſet omnibus: Nequaquam verò audirent uxores ſuas, more ſexus ſequioris ſæpius ni-*

*nimium quam ſuperbientes, ac proinde intercedentes adverſus illa, quibus prudenter contra faſtum, laſciviam atque otium proviſum eſt.* Hæc ille. Noribergæ, Lubecæ, Bremæ & in pleriſque Vandalicis Civitatibus ejuſmodi ſumptuariæ leges magno Rerumpub. bono exercentur; quare hoc non alibi in bonum deducitur uſum? Non tantum autem ſegni otio ſubditis interdicendum, ſed etiam popinis & tabernis vinariis, atque cereviſariis, Den Wein udd Bier-ſchencken/ ne vitio voracitatis & ebrioſitatis contracto, œconomicam diligentiam omittant, bona ſua dilapident (Alles durch den Kragen jagen) atque ita vitam veluti pecora, quæ natura ventri obedientia finxit, tranſigant. In genere quidem reprobatur immoderata bibendi conſuetudo lege Imperii publica in Comitiis Auguſt. de anno 1500. 1530. & 1548. Sed hæ ſanctiſſimæ leges non plus vigoris habent, quàm nix in tectis adverſus rectos Solis radios. Es vertrincken heute mehr in den weinglaß / alß in der ſee und Flüſſen.

*Paulus*

*Paulus Ghirlandus* ( in Tract. de Sortileg. c. 13. n. 3. ) dicit, ſecundum quorundam opinionem animam habitare in ſanguine; & propterea Normannos, Anglos & Polonos multum bibere; ne contingat eorum animas habitare in ſicco. ( Vid *Gloſſ.* ad c. Moyſes. cauſ. 34. q. 2. ) Aſt ſit modus juxta

*Taurus habet certas potandi tempore leges;*
*Sic equus, & liquidus quam vehit aër avis.*
*Sed nos divinâ qui cum ratione vigemus,*
*Cur Venus & Bacchus nocte dièque tenent?*

Magiſtratuum itaque officium quoad ſubditos hic eſt, [1] Ut ipſi ſobrio exemplo hic præeant. Turpe ſane eſt legere in hiſtoriis, quod Comes quidam Werdenbergēſis libis dulciariis Albeccenſem Comitatum inſumpſerit (Felix Faber l. 2. Hiſt. Suev. c. 4.) Et quod Domina quædam Pfullendorfenſis meris truttarum jecinoribus arcem & oppidum Pfullendorf abligurivérit (*Cruſ.* Ann. Suev. p. 2. l. 9. c. 14. )

[2] Ne

[2] Ne numerus potantium & confabulantium in popinis ſit in conclavibus nimius [3] Vt æſtivo tempore ante Solis occaſum, aut hiberno tempore ante horam octavam, (Genevæ nonam) veſpertinam (wen die Zapfen ronde geht) quilibet domum ſe conferat. Dantiſci hac de re ita ſtatutum: Daß niemand des Abends länger als umb zehen Uhr Volck ſitzen haben ſoll / bey fünff guten Marcken (wilkühr der Statt Dantzig. part. 3. cap. 6. art. 5.) Groningę ſimiliter ſtatutum: Dat niemand Beer tappen ſal toe Kopfe by Nachten länger dan tot tyn uhren toe off als men/Ruemſtrate luedet *&c.* Ende nemand ſall länger ſitten blyven. yn Tavernen dan thoe tyn uhren / thoe offte als men Ruemſtraete luedt. (*Statut. Groningenſ.* lib. 5. c. 45.) [3] Nec inutile porrò eſt, ut hac fini cauponarum obſervatoribus libera poteſtas ſit intrandi viſitandique conclavia in quibus compotatores

tores Cereris Bacchique certaminibus ſtrenuè invigilant. Hoc modo quiſque intra induſtriæ cancellos domeſticos coercebitur, & conſpirationibus, quæ nihil aliud ſunt quàm via regia ad tumultus & ſeditionem, obviam ibitur; Inſimul anſa ad miſeram & gravem præciditur pauperiem, quæ per ejuſmodi compotationes & helluationes ſolet accerſi. Lycurgus ut ſuis Spartanis permiſit conviviis intereſſe; ita præcepit *ſine face* domum eundum eſſe, ut refert *Xenophon* (de Republica Lacon.) & *Plutarchus* (in vit. Lycurg.) In ſumma ſubditorum deſiderio manus ſufficiunt, nihilque habentibus hac ratione nihil deerit. Corycius apud Virgilium

*---qui rarum in dumis holus, albaque circum*
*Lilia verbenaſque premens vеſcumque papaver,*
*Regum æquabat opes animis---*
*Si dat oluſcula, Menſa minuſcula,*
*Pace referta;*
*Ne pete grandia, lautaq; prandia,*
*Lite repleta.*

Si

Si habes domum, eſcam, potionem, quid ultra deſideres? Vom kleinen Tiſche und Brünlein iſſet und trincket man ſich auch ſatt.

*Vivitur parvo bene, cui paternum*
*Splendet in menſâ tenui ſalinum, Et;*
*.--Bene eſt, cui Deus obtulit*
*Parca, quod ſatis eſt manu.*

Eß haben die Alten/ wolmeinentlich beyden hohen Aifften/ da man die Chartaten Häuſſer und Corleyen ſtuben gehalten/ dem iungen volck als den Chor-ſchülern und andern Geſindlein einbilden wollen/ das einer mit dem andern in Fried ünd Einigkeit/ das Charthaten Hun und Corlien-ſpeck : das iſt ſaltz ünd Brott verzehren ſolt. O wie wohl ſchmerket und bekömpt einem ſaltz ünd Brott in Fried und Einigkeit geſſen/ und darbey ein gut unverſehrt Gewiſſen haben/ ait *Letzner* [l. 5. Chron. Daſſel. part. 1. c. 28.].

LI. *No-*

LI. *Nonum conſervandarum Rerumpp.*[a] in quieto præſenti ſtatu *remedium eſt Prohibitio conventiculorum.* Notarunt jam pridem prudentes & rerum gnari Politici, quod in Rebuſpp. ubi admodum difficilis eſt coëundi facultas, rari exiſtant tumultus in ſeditiones erumpentes. Ita quod Venetiis raræ ſeditiones fiant, cauſam hanc eſſe putat Ioh. Boterus, Italus acutiſſimus quod interfluentibus paſſim aquis (*canales* vocant) in multas veluti partes diviſa ſit civitas; quo medio ſeditioſo populo citò coëundi facultas eſt adempta (add. *Forſtner.* in Hypomnem. Polit. 7.) Inprimis itaque ii, qui ad clavum ſedent, & cum imperio ſunt, ſummâ ope nitantur atque provideant, ut cætus illorum, qui turbido imperio & rerum novarum cupidi exiſtunt, vel impediant, vel diſturbent. Quam prudenter in hoc articulo rerum incivilium ſeſe geſſerint priſci Romani, videre eſt in Poſthumii conſulis oratione apud *Livium* (lib. 39. cap. 15.) extatque de prohibitione ejuſmodi ſuſpectorum conven-

a *Frequentium Conventiculorum prohibitiones etiam tranquillas reddunt Reſpp.*

venticulorum *aurea Politica Lex* 15. *C. de Epiſc. & Cler.* quam firmiter memoriæ inſſcribere debent. Centoculo Argo oculatiores Statiſtæ Chriſtiani. Inprimis autem cavere debent magiſtratus, ne cives noctutna celebrent conventicula. Quum anno 1663. Ioannes Schulenburgius, iteratâ vice Groningæ ſeditionem moliretur, tempore nocturno in hoſpitio, quod vocatur, der Palm/ convenerunt ipſius ſocii, ubi, collationibus (quas vocant) largiter à Schulenburgio datis, hilares non rarò ſumpſerunt noctes, in tantum, ut bene potus Tribunus Plebis ſive Ædilis Gerrit Hermenß aliquando ad alios factioſos convivas de Schulenburgio dixerit: Dit iſt een Mann/ dat ÿ nich werdig ſÿen ſÿne ſchuchriemen orte loſſen. Providus circumſpectus & quietis publicæ amantiſſimus magiſtratus, metuat etiam, tutos aliàs, ſolennes ſacros conventus, ne illorum occaſione aliquod monſtrum in Rebuſpp. oriatur. Ita anno 1602. Sabaudus Genevam, quum omnes ſeſe ad Sacram cœnam, in feſto Nativitatis

Serva-

Servatoris ſumendam, præpararent, Scalis artificioſiſſimis, quæ adhuc in armamentario adſervantur, aggreſſus, Vrbis potiundæ firmiſſimam ſpem (in deſperationem deſinentem) conceperat. Superiori ſeculo *Rudius*, Ioannis Daniæ Regis Dux adverſus Suecos, *Olsburgum* nocte, Servatoris noſtri feſtum natalitium antecedente, feliciter occupavit. [Vid. *Meurſ.* l. 2. Hiſt 4. Dan.] Natalitia Chriſtiana Otto quoque Imp. anno 980. cruento & ferali convivio, cui ſeditioſi & turbulenti Italicarum familiarum Principes interērant, celebravit. Cæterum armatâ cohorte introeunte, menſamque cingente ejuſmodi male feriati & turbidi homines per carnificem necati, apud mortuos cœnarunt. Wallenſteinius quomodo conjuratos an. 1631. Ægræ in Bohemiâ in Conviviū invitarit, & ibi trucidatus fuerit, ex Brachelio & Theatro Europæo conſtat. Non poſſum non hic etiam monere, quod, ad prohibenda ſeditioſorum conventicula, inprimis campanæ Sacro-ſanctorum, templorum probe ab æditius ſacrarum ædium ſint obſervādæ, ac probè à ſonitu in-

ſolentium cuſtodiendæ. *Veſperæ Siculæ*, ſub campanę ſigno, ad veſpertinos hymnos, Glorioſiſſimum Servatoris noſtri Reſurrectionis feſtum annunciantes, ſunt exortæ. Hinc Turciæ Barbarus Imperator per ampliſſimum Imperium campanarum uſum & à Chriſtianis & à ſuis abſtulit, ne congregarentur adverſus obſequium, ac rebellionem excitarent, teſte *Renato de Luſinga* [in Tract. de increm. conſerv. & occaſ. imperior. add. *Miniſter. Richelii* l. 5. cap. 27.] Vnde fortaſſis rationem ſumpſerunt artis militaris periti, qui in obſidionibus urbium, campanarum & horologiorum uſum prorſus tollunt, ne forte hoſtes facilioris invaſionis anſam ſigno dato, arripiant, atteſtante *Beſoldo* [de Iure arteque belli pag. 152.] ubi allegat *Stumpfium* [lib. 12. Chron. Helvetic. cap. 34.] ita ſcribentem Einß haben die Baßler auff heutigen Tag im ſteten ůnd immer wehrenden Gebrauch/ nehmlich/ das alle zeitt-Glocken der gantzen ſtatt gemeiniglich ein ſtund eher oder früher ſchlagen/ dan alle andern

andern uff dem Lande; alſo/ſo es in andern Städten zwölffe/ſchlägt es zu Baſel eins &c. dieſes aber ſoll ein ewiges Gedenckzeichen ſein eines Mördslichen Vberfalß auff eine zeit über die Statt Baſel zugericht/ da ezliche ihre Feind bey Nächtlicher weill umb die zcoolffte in die ſtatt eingekommen/ uud Ihnen ihre Kundſchaffter in der ſtatt die Pforte geöffnet haben ſolten: Alß aber die Feind heimlich und ſtill in die ſtatt kommen/ und gute weill auff der Öffnung der Porte umb die zwölffte ſtunde warteten da ſchlugen alle Glocken eins: damit hatten beyde die Feind ünd Verräther auß Gottes Ordnung ihrer beſtimbten zeitt gefehlet &c. Superiori ſeculo Burdegalenſibus & incolis Aquitaniæ campanarum uſus ademptus, ne ad excitandos motus ſignum dare poſſent [Vid. *Sleidan.* l. 21. Comm. pag. 649.] In Ordinatione Wurttembergica [Tit. Daß kein

Gemeind *&c.* cautum. Eß ſoll nie-
mand die ſturm anſchlagen / leuten
oder zuthun anrichten / es were dan
ob Feuer außgienge. Elegans etiam
eſt circa hanc rem Politica conſtitutio Or-
dinationis Tyrolenſis [ lib. 9. tit. 11.] in
verbis: Die Glockenthůrn mitt ver-
ſchloſſenen Thůrn zverſehen / zu
Verhůtung ſtrumbs-und Glocken
ſtraichß / *ubi etiam cautum*; wie ſchlůſſel
zu Glocken ůnd andern Thůrnen ver-
wahret werden ſollen. *Groningæ ita
cautum*: Ne ghien Man en Moet
anſlaen die Noodtklocke omme yeliger
Lůde ſacken willen; ſunder alliene
von Noode von Brande / ende van
Noodtſacken onſer vianden von Bů-
ten / ſunder Oerloſe des Borgeme-
ſters offte zwie Raedlůden (lib. 4.
Statut. Groning. cap. 34.] Gandavi turris
*Bellafort* continet in ſe campanam hora-
rum nunciam, cui *Rolando* nomen, unde-
cies mille pondo gravem, Olim armatis
collegiis ſæpius quæ claſſicum ſonuit.
Hæc

Hæc inſcriptio eſt in ambitu:

Rolant/ Rolant/ als ickfleppe dan
iſt brant/
Als ickluye / dan iſt Oorloge in
Vlaenderlant.

Kærius in Flandria. Golnitz. in Itiner. p. 19. De Monſpelienſi civitate vid. eund. Golnits. l. c. p. 514. Hinc non poſſum probare nonnullorum Londinenſium Anglorum morem [nunc abolitum] qui [referente *Hentznero* in Itin. Angl. pag. 156.] inebriati turrim unam & alteram exercitii cauſa adſcendunt, & per horas aliquot, ſonitibus ſe delectantes, campanis ſignum dant. Certè ejuſmodi laſciviæ temulentæ [præſertim ſi Regni & Parlamento non bene convenit] publicis legibus interdicendum eſſe Regni Angliæ tranquilla Salus exigit atque flagitat.

LII. *Decimum remedium* ad Reipublicæ navem in tranquillo portu ſtabiliendam *eſt*, *ut in Civitatibus* majoribus & minoribus *Collegia & Corpora* (die Innungen oder zůnfften) *nullos abuſus introducant*, nec extra oleas aut crepidam vagentur

gentur, imaginarium & ſcenicum imperium ac poteſtatem ſibi *viâ facti*, ſine Superiorum ſuffragio atque calculo, cum aliorum jactura, ſibi adſumentes. Hodie ſanè Collegiorum,[a] præſertim opificum, magnus in noſtra Germania invaleſcit abuſus: Præterquam enim, quod peculiarem in ſodales & collegas juriſdictionem exercere audeant, dum illos ob commiſſum forte aliquod citant, cognoſcunt & mulctant, imò jure Collegii præſumunt; & hac ratione reliquis civibus maximo ſint oneri & detrimento; etiam neminem patiuntur id opificii exercere, qui in collegium non eſt receptus, licet longè vilius operas ſuas locare paratus ſit; ſuos etiam, ſodales, qui tolerabilius (umb einen erträglichern und civilern Preiß oder Lohn) operas ſuas quaſi vendunt, mulcta afficiunt, & propria autoritate operarum & mercium pretium in ſummum emptorum detrimentum definiunt, citra quod ſodalibus vendere non licet, atque hac

a *Collegiorum rectus & bonus ordo conſervat Civitates.*

hac ratione monopolia omni jure ordinario illicita, & ſubditis ſummopere noxia, impune exercent. Quando anno 1658. in Helmſtadienſi Academia ſtudiorum Iuridico-Politicorum addiſcendorum gratia verſarer, Bibliopegarum collegium (Buchbinder) inter ſeſe fecerunt illicitum ſtatutum, ne quis ligam, ſive in folio, ſive 4. ſive 8. ſive 12. non aliter niſi pretio ab omnibus definito venderet, ubi ego cum aliis Studioſis, de ejuſmodi iniquitate conquerentibus, non parum damni in perſolvendo pro Liga pretio viſu, auditu, & tactu ſentire coacti fuimus. Certè ſumma Collegiorum opificum injuſtitia & iniquitas publicorum Comitiorum expoſcit ſeveritatem; forte [ ut Magni nominis Ictus in Collegio Pandectarum cenſet ] omnimodam ſublationem. Cæterum tollantur tantum abuſus, maneat vero rectus, bonus & æquus uſus. Quomodo Carolus Quintus ſuperiori ſeculo turbulenta Collegia Auguſtæ Vindelicorum ſuſtulerit, legere eſt apud *Sleidan.* [ lib. 21. Comm. pag. 641. ] Quid Ferdi-

nandus I. Imp. cum Bohemis intenderit, itidem exponit *Sleidanus* [ lib. 19. Comm. pag. 586. ) Quantam tragædiam an. 1662. Groningæ, duce & incentore Schulenburgio, octodecim Collegia ( die achtzehen Gilden ) excitarint, ipſemet vidi, negotiique hujus circumſtantias in Rerumpublicarum Theſauro, qui jam, Deo Laus! in lucem prodiit, pluribus expoſui. Hinc, ne obſint tranquillitati Rerumpp. talia Collegia, ſequentes τῦ *intereſſe* regulas Statiſtæ dexterrimi obſervare debent: [ 1 ] Primò, ut *nulla opificum collegia niſi, ſupremi Magiſtratus autoritate ac confirmatione præcedente, in civitates introducantur.* ( Vid. l. 1. in pr. l. 3. princ. & §. 1. D. de Collegiis & Corpor. ibique Dd. l. 1. pr. D. Quod cujuſcun. univerſ. nom. l. 5. §. 12. D. de Iur. immun. l. 20. D. de Reb. dub. add. *Plin.* lib. 10. Epiſt. 42. 43. 94. & 97. c. Dilecta. Ext. de Exceſſ. Prælat. *Roſin.* lib. 8. de Antiqu. Rom. c. 6. pag. 1285. *Cujac.* 7. Obſ. 20. *Guid. Pap.* Deciſ. Gratianop. 106. ] Legant emunctiores Politi-

a *Quid circa collegia opificum obſervari debeat.*

Politici Plinii epiſtolas allegatas, & regulam Status ſupremam; EXPEDIT, ſatis illuſtratam videbunt. Hinc in Ordinat. Wurtemberg. elegantiſſimus eſt titulus: Daß keine Gemeind hinter und ohne Wiſſen und Erlauben der Ambtleut gehalten werden ſoll / ibique doctiſſimus Lindenſpür in notis. Secundo ut *non permittantur Collegia convenire niſi ſciente & præſente magiſtratu* vel per ſemet ipſum, ſive per aliam perſonam delegatam. Noribergæ etiam, in urbium Germaniæ ocello nulla operariorum aut artificum admittuntur conventicula: non epulæ ſolennes, nec convivia feſtiva multorum; niſi religionis aut exequiarum cauſa. Fortaſſe, ne, dum ebrii inter ſe de Republica diſputant, periculoſæ ſeditiones ex ejuſmodi congreſſibus ſuppullulent, ut verè auguratur *Ortelius* (in Theat. Orb. deſcript. agr. Noric.) Eadem de ratione Politica poſt bellum Smalcaldicum, in multis Civitatibus Imperialibus, Tribus (die alte Zunfften) abolitas fuiſſe teſtatur *Beſoldus* (Diſſert. Iurid. Pol. 3. c. 1.

 nu.3.)

n. 3.) Principes igitur prudenter fecerint, ſi non permiſerint ullum ſubditorum collegium, cui ipſi non præſint ſua autoritate per perſonam delegatam (add. *Schonborner.*) l. 1. Pol. c. 11.) In Ordinat. Tyrolenſi (lib. 6. tit. 29.) ſancitur: Es ſoll ſich kein Handwerck / ohne Erlaubniß der Obrigkeit / rotten oder verſamlen/noch heimlich Practicken machen. Sie mügen aber im Beyſein und mit wiſſen der Obrigkeit / gute Ordnung fürnehmen und halten. De laudatiſſima Republica Norica Conradus Celtes (in Deſcript. illius Civitatis cap. 13.) plenius ita: *Nullam* (inquit) *in Vrbe operariorum aut plebis publicum aut occultum conventum patiuntur, nec convivii, perniciosum illud & exitiale Reipublica arbitrantes, quod ex talibus congreſſibus, ſeditiones & factiones, diſcriminaque popularia ſeminentur aut pullulent. Quæ res multis Germaniæ Vrbibus libertatem noſtra memoria ademit. Quod ſi aliqua inter operarios ſimultas aut diſſenſio orta ſit, non ad capita operariorum & ad primores artium,*

*ſed*

*ſed ad Senatum omnia referuntur : qui, ut Patres conſederint, ſtatim duos ad illos privato colloquio mittunt, qui concordiam tentent. Et dum illi pertinaces perſtiterint, confeſtim ad Senatum cauſa refertur, gravi mulcta concordiam emp[illegible]i. Hac caſtigatione repreſſis, plures inter cives controverſiæ tolluntur, & ab injuriis abſtinetur.* (3) Tertiò; *Statuta* ſive *Leges Collegiales* (quas tribus in Civitatibus Germaniæ Democraticis conſtituunt) quatenus ipſas Gildonias (ut vocantur in legib. Longobard. l. 1. t. 17.) id eſt, confratrias, concernunt, *non in præjudicium aliorum valeant*, niſi publica autoritas & confirmatio ſuperioris accedat. (vid. *Sichard.* ad l. un. C. de Monopol. n. 8. *Gryphiand.* de Weichbild. Saxon. c. 77. n. 10. *Caſp. Manzius* in Deciſ. Palatin. qu. 2.) Sodales quidem pactionem quam velint (expreſſo vel tacito magiſtratus conſenſu) ſibi ferre poſſunt, dumne quid ex publicâ lege corrumpant (l. 4. D. de Colleg. & Corpor. l. 1. §. 1. D. Quod cujuſc. univerſ. add. l. 38. D. de Pact.) Hinc hodie confirmatio ejuſmodi ſtatutorum collegialium rectè ad

jus ſuperioritatis refertur (vid. *VVehner.* in Obſ. Pract. voc. Zunfft Innung) Salutaris proinde eſt Comitatus Tyrolenſis conſtitutio (lib. 6. tit. 27.) Nachdem die Handwercker / zünfften und Bruderſchafften / Meiſter und Geſellen / ohn Beyſein und Erlaubniß der Obrichkeit / auß eigenen willen in ihren Verſamlungen / und ſchenckinnen oder zechen / ſonder Satzungen und Ordnungen / mit Straffen und Buſſen / auch Steigerung ihrer Arbeitt / und Beſoldung &c. fürnehmen / darauß viel Beſchwerungen erwachſen ſein ; deßhalben ſetzen und ordnen wir / daß hinfüro dieſelbe zunfften und Brüderſchafften auch ſchenckinen &c. auffgehebt und abſein / auch ferner nicht zugelaſſen oder beſtetet werden / und ſollen ſich keiner Auffſazung noch ſteigernng / in ihrer Arbeit oder Beſoldungen darzu einiger ſtraffen oder Buſſen &c. unterzeichen noch gebrau-

brauchen. Ad ſummam ; quamvis imperantium ſit proprium, leges præſcribere ; tamen nonnunquam concedere coguntur ſubditis legum inter ſe condendi poteſtatem. Nam cum præter ſocietatem civilem ſocietates parvæ variæ ineantur, nec quid in hiſce ſingulis ſalutare ſit, Legiſlator non adeò exactè ſcire poſſit; concedendum eſt ſingulis, parvas eaſque vulgo ſalutares ſocietates ineuntibus, initio, quandò hoc faciunt, leges mutuo præſcribere, quæ tamen vigorem & vividam autoritatem prius non habent, niſi ab eo, qui τὸ Κύϱιον in Republicâ habet, ſint approbatæ ; quum vis legis tam directiva quam coactiva nulli voluntati vel placito privatorum hominum ineſſe poſſit, niſi Majeſtatis ratihabitio accedat. Nec approbanda eſt Dn. D. Feldeni opinio, qui [ p. 1. Elem. Iur. c. 10. n. 15.) ejuſmodi legibus adſcribit vim addendi legibus ſuperioribus id, quod in iis non continetur; deinde vim confirmandi leges ſuperiores, & tertiò vim detrahendi iiſdem legibus. Sententia illa certè incivilis, & ad palatum vulgi

vulgi indocti directa. Quin potius nos ſimpliciter ejuſmodi inferiorum placita, ſive plebiſcita è catalogo legum expungimus, neque ad Corpus Iuris Politici referimus; ſed è contrario jus tollendi ejuſmodi ſubditorum arbitria ſummæ poteſtati concedimus; ita tamen ut liberum arbitrium ipſi reſervetur, an leges ejuſmodi inferiores, ut cum Dn. Feldeno loquamur, confirmare, corrigere, iis aliquid addere aut detrahere velit. Hinc Diſtinctio illa Dn. Feldeni in Leges Superiores & Inferiores eſt planè contra Doctrinam Politicam, adeóque modeſtè recipienda. (4) Quarto circa exlegem opificum licentiam probè animadvertendum, ut collegia opificum non concipiant ſtatuta, ſive potius rerum arbitria, quæ rectæ rationi & bonæ æquitati minimè ſunt conſentanea: Ita v.g. non valet ejuſmodi opificum placitum; ne quis opus abſolvat, quod alter incœpit, quod expreſsè prohibitum eſt in l. un. C. de Monopol. (ubi conſulatur *Sichardus* n. 8. add. l. 12. §. 8. C. de Ædific. Privat.) Hinc in Ordinatione

Bava-

Bavaricâ ſancitur: daß ein Meiſter ſeine angenommene Arbeit ſoll vollenden; quod reperitur in Reformat. Bavaricâ tit. 42. art. 4. add. Würtemb. Neu. Landr. part. 2. fol. 176. Similis farinæ etiam eſt, quando quibuſdam in locis tribus propriâ autoritate recipiunt, ut quis teneatur artificis filiam in uxorem ducere, ſi in opificii collegium cooptari velit: Similiter ne balneatores (Bader) textores (Leinweber) barbitonſores (Barbierer) tibicines (Spielleute und Freudenmacher) molitores, opiliones, in ejuſmodo Collegia recipiantur, eſt contra Reform. Polit. Imperialem de anno 1572. tit. 38. von Handwercks Söhnen. Ejuſmodi ſane Statuta Polyphemum barbarum, non ratione bene utentes Carpzovios, Richteros, Struvios alioſque conſummatiſſimos ICtos autores habentia, non in utopiam Thomæ Mori, Rempublicam Solis Campanellæ, ſed ultra Novam Zemblam & Glacialem Oceanum, ubi nullum piper creſcit, releganda.

Et

Et quid, ſpiritum magno impetu trahentes atque ducentes, tubicines di: (Trompeter) peccarunt civiliter, quo minus in ſociale Collegiũ aut corpus Civitatis cooptari queant? Solche Privat-Leute in den Innungen und Gilden müſſen ihnen ſolche unvernünfftige dinge nicht einmahl einbilden. (5) Quinto *caveant Rerump. moderatores ne ejuſmodi Collegæ inferiores officialium conſtituendorum gratia confluant, niſi conſentiente magiſtratu* (vid. *Guid. Papa* in Deciſ. Gratianopol. 106.) (6) Porro ſexto ejuſmodi *collegiorum conventus debent fieri in publicis*, non verò in privatis, *ædibus*. (7) Septimò *In ejuſmodi conventibus compotationibus*, quibus cerebrum turbatur, & non raro neque mens neque pes officio ſuo rectè fungitur, interdicatur. Wen Regierungs-Sachen bey den Zuſammen-künfften des Pöbels oder gemeinen Mannes fürlauffen / da heiſſet es: ſtärcker wein (oder gut Bier) ein; Witzauß. (add. *Cujac.* 7. obſ. 30.) (8) Octa-

vo

vo *Si privilegiis conceſſis artifices mechanici abutantur*, non tantum illa ipſis eripienda, ſed, pro circumſtantiarum ratione, *Collegia ejuſmodi in totum abolenda.* Ejuſmodi Collegia: quia olim Gandavenſem in Flandria Civitatem ſuperiori ſeculo planè conturbarunt, imò conquaſſarunt, Carolus V. juſtiſſimus Imperatorius Vindex, rectiſſimè ſuſtulit. (add. *Perez.* ad tit. C. de Collegiatis. numer. 3.) Idem Imper. Carolus finito Bello Smalcaldiæ in multis Germaniæ Civitatibus, ad præcavendas ſeditiones ſuſtulit. (9) Nono & hoc Gubernatores Rerumpublicarum *caveant, ne novarum rerum ſtudioſis*, & percupidis, illos *ejuſmodi conventus concedant.* (10) Attendi quoque debet, ut illi qui in tribum recipiuntur, Magiſtratui juramentũ fidelitatis præſtent, & inter alia quoque promittant, ut ſi quid in conventibus contribulium contra tranquillitatem publicam agitetur, quod ocius & è veſtigio hoc velint indicare. (11) Denique undecimo *caveat magiſtratus ut in ejuſmodi Collegiis non committatur exlex licentia*, v. g. unum ex ejuſmodi Colle-

giis

giis infamia notandi, aut arti ipſius manum ſive arreſtum iniiciendi. In Germania inter Statuta opificum ſolet eſſe etiam illud; ut non admittatur niſi legitimè natus, non Spurius, non Vandalus, non molitor, non barbitonſor *&c*. Quod licet longæva conſuetudine comprobatum videatur; tamen meritò prægnanti ratione Politicâ reiicitur Hundert Jahr unrecht iſt kein Jahr / ia keine viertel ſtunde recht. (add. *VVehner.* in Obſ. Pract. von Zunfften. *Hering.* de Molendin. qu. 1. n. 93.) In Ordinat. Tyrolenſi [lib. 6. tit. 28.] dicitur: Es ſoll niemands ſeiner Ehre oder Handwercks durch die Handwercker (Meiſter und Geſellen unervolgt Rechtens entſezt) noch geſchwecht oder gemitten werde. [add. l. 17. §. 12. D. ad Municip. l. fin. C. de Ordin. Cognit. *Cravet.* Conſ. 280.]

LIII. *Undecimum Politicæ Tranquillitatis remedium eſt tributorum* ſive onerum publicorum, [a] *moderata indictio:* Vnde

a *Moderamen indictionis tributorum tranquillat Reſpublicas.*

Vnde Titulus Codicis Iuſtinianei *de Superindicto* in novo Codice repetitæ Prælectionis meritò, prout jacet & ſonat, debuiſſet expungi, & cancellari ab omnibus Chriſtianis Cancellariis; & in Neceſſitatis Politicæ Codicem referri. Quando hodie conventus Provinciales in Germania agitantur primum, ſecundum & tertium, imò ſummarium Propoſitionis caput eſſe ſolet: *Date pecuniam*; quod unicum præceptum onus Ætna, Veſuvio, Alpibus aut Pyrenæis montibus ſubditorum humeris imponit; Servatoriſque noſtri vaticinium, noviſſimum mundi diem præcedens; Auff Erden wird den Leuten bange ſein/ und werden zagen; vel maxime in hoc articulo à multis Statiſtis pleno modio aut jam adimpletum, aut adhuc forſitan in ſuperlativo gradu implebitur. *Sunt Principes* [verba ſunt Cominæi lib. 10. de Reb. geſt. Ludovici XI.] *quibus hoc frequens eſt in ſermone, ut dicant, habere ſe privilegia, ut, quantum velint, exigant à populo.* Sed maneat hoc arcanum privilegium in bene conſtitutis Rebuſp. Chri-

ſtianis

ſtianis perpetuò ſepultum ! Ad barbaricas Reſp. in Aſiam & Africam hoc incivile attentatum eſt relegandum. Vniti Belgii Leo adhuc hodie quieſceret ſub Monarchia Hiſpanica niſi Albanus, Belgii immanis Carnifex, tributa ultra modum contra jura Belgarum indixiſſet. Parum quoque abfuit, quin Regni Gallicani Ordines à Carolo VIII. Rege, quia Pater immodicis tributis populum exhauſerat, viâ rebellionis deſciſcerent, ut videre eſt in Galliæ Polybio Philippo Cominæo [loc. cit.] Quia verò tributa, Ratione Status illud ipſum exigente, aboleri nequeunt, ad motus in hoc graviſſimo articulo præcavendos Statiſtæ obſervent ſequentia: [1] Præruptus ille Politicus ſcopulus; *Ne quid nimis*, evitetur. [2] Melliflua Suada, ſub neceſſitatis & utilitatis evidentis obtentu, non vi violenta, imperentur atque indicantur. [3] Ratione indictionis ditiores plus contribuant, quam tenuiores; ii vero, qui pauperes & privigni fortunæ ſunt, quique pro ſuis opibus, cum Comico, mœnia muniunt planè à publicis, oneribus eximantur;

juxta

juxta illud. Qui nihil hat / nihil dat.; und da nichts iſt da hatten die Kayſer und Könige das Recht verlohren fruſtraneaque eſt oneris publici indictio, quam excludit inopia ſubditi. [4] Subditi limitanei, præſertim Rebuſpp. liberis vicini, mitius tractentur, quàm illi, qui in Reipublicæ quaſi umbilico ſunt, & circum circa illi adhærent; quod omnium Politicorum albo calculo prudenter obſervant Veneti, qui Bergomates, Brixienſes alioſque ſubjectos, in finibus viventes, ratione tributorum, mitius ac mollius, quam alios, tractant: Idem obſervant Hiſpani in Ducatu Mediolanenſi, Sabaudis vicino, Neapolitanos verò tributis ferè exhauriunt: Sed quare eandem Politicam prudenter non adhibuerunt in vicinitate Galliæ ſuperiori & hoc ſeculo in Belgio ſcilicet Hiſpanico, & anno 1640. in Catalonia? [5] Interdum etiam nimia indictionis acerbitas per remiſſiones aut abolenda, aut mitiganda. [6] Illi etiam, qui ab onere tributorum aut per privilegia aut per conſuetudinem immunes

ſunt,

ſunt, nonniſi extremo neceſſitatis articulo, premendi quidem, aſt haut opprimendi ſunt. [add. l. un. Cod. de *Aur. coronar.*] Ita præterito bello Anti-Turcico, Magnus Imperii Princeps, quum capitationis extraordinarium tributum ſingulis ſubditis in Ducatu imponeretur, ne Clerici quidem manſerunt exempti; Cæterùm poſt exactionem ſingulis illud remiſit. [7] Interdum, ad eò facilius ob bonum exemplum pelliciendos ſubditos, ipſi magiſtratus eorumque officiales collationis publicæ in arto ſalutis exitiæque rerum civilium confinio faciant initium. Magiſtratus enim uti honore populo præſtat, ita ad omnia quæ dura atque aſpera ſunt, dux & autor eſſe debet. (vid. Liv. lib. 36. ubi Licinii Conſulis exemplum.) Patricii Veneti non raro, ingruente bello, ultra conſueta annua ſalaria multum pro publico Reipublicæ bono libentiſſimè in medium conferunt; imò urgente neceſſitate magiſtratuum & Patritiorum titulos ditioribus vendunt. [8] Ditiores etiam quibuſcunque artibus civilibus inprimis ſollicitare ad eroganda tributa expedit; in compenſationem

ſationem vero erogatorum honoribus ipſos mactare congruit. (9) Sunt nonnulli qui hic etiam conſulunt, in eum caſum, quo ditiores ejuſmodi onera ſubterfugiunt eos, qui inhoneſtis artibus ſibi rem lautam & bene auctam compararunt inſtar ſpongiarum [ exemplo hic præeunte Veſpaſiano Imperat, teſte Sueton. c. 12.] eſſe exprimendos. Et hunc vomitum Politicum multi ſtatiſtæ juſtiſſimum cenſent, præſertim ſi inquirente magiſtratu acquirentes, ad calculos vocati, rationem reddere nequeant, unde, à quibus & quibus modis tantas opes acquiſierint. Hodie proh dolor ejuſmodi hirudines Rerumpublicarum nimium quantum ſunt frequentes, magno ſane Reipublicæ malo. Quid Fouquettus in Gallia fecerit, notum eſt ex actis publicis. Et cur non frequentius inquiritur in crimina Peculatus & Concuſſionis [ Brandſchazung ? ] quæ pro malis temporum hodie tempore belli & pacis in Europa vires tantas acquiſiverunt, ut vix ullus reperiatur Politicus Æſculapius, qui manum medicam, etiamſi poſſit,

ſit, tamen afferre velit. Certe boni Rerumpublicarum Rectores miniſtros ſuos ab ejuſmodi publicis furtis inprimis coërcere debent. Sic enim res fiſci ærariique in creſcenti floridoque ſtatu conſiſtent, neque in Rebuſpubl. privatorvm divitiæ publicæ egeſtati prævalebunt. (10) Non pauci Politici etiam ſuadent, ut ſinguli honorum munerumque Candidati & Expectantes, ſi voti aut compotes, honorarium aliquod (Lex unica C. de Suffragio an omne ferat punctum videat Magni nominis Ictus Dn. D. Tabor cum ſuis aſſeclis) fiſco inferat; ita tamen, ne ambitus crimen (hodie in Gallia & Belgio alibique admodum frequens] inde argui poſſit. Modum hunc in ambiendis Eccleſiaſticis beneficiis obſervat Imperator Eccleſiaſticus (de facto tamen) Vrbis Romæ, dum à novis Epiſcopis Annatas exigit. Cæterum ejuſmodi illegitima indictio Simoniaca ad Garamantas & Indos releganda, ut alibi oſtenſum. (11.) Inprimis porrò emunctiores Politici caveant ne rebus ſummè neceſſariis veluti pari vino, cereviſiæ, carnibus, ſali, ac veſtibus quotidianis,

nis, ad neceſſitatem non ad luxum vergentes onera imponant. His aut parum aut nihil imponendum: Opulentiores verò, ſi multa luxuriæ inſtrumenta minus neceſſaria, ſibi comparent, Politici Chriſtiani bonâ conſcientiâ ejuſmodi rebus tributa per rationem ſtatus imponunt verbi gratia veſtibus ſericis, vaſis aureis & argenteis &c. Ita etiam in jure noſtro vectigal ſolvi debet pro rhedâ (l. 60. §. *vehiculum* D. *Locati*] quod in multis locis hodie obſervatur. Eadem & ſimili ratione poterit hoc inſtitui in aleis, teſſeris, chartis luſoriis, aliiſque rebus maximam partem ad Voluptatem exorbitantem ſpectantibus. Galli inprimis ſciunt opipara ac ſplendida inſtituere atque apparare convivia, iidem in veſtitu auream mediocritatem excedunt, imò illam ſingulis menſibus ferè variant; ut adeò Potentiſſimus illorum Rex iuſtiſſimo titulo inde vectigal à ſubditis ſuis exigat. [add. l. 16. §. Species. D. de Publican. & vectigal.] In ornamentis porrò aureis & gemmeis item lineis geſtandis modus exceditur, in tantum, ut homines interdum vix

M plum-

plumbei, aureos gerant annulos; Nobilibus itaque eruditis & officialibus bellicis exceptis, mercatoribus, honeſtioribus certo pretio dato licentia geſtandi ejuſmodi ornatus concedi poſſet, operariis verò & ruſticis (Den Baurenſtolzen welche ſich in ſolche Herlichkeit nicht ſchikken können) nequaquam. E ſordidis etiam proſtibulis v. g. lupanaribus nullum lactis vectigal exigat Statiſta Chriſtianus [Vid. l. 7. C. de Spectacul. licet Politici Anti-Chriſtiani in Italia contrarium in improbam praxin deduxerint. O ſcelus! o peſtis! o labes! [12] Hoſpitibus verò activis eorumque cauponis ſtabuliſque ſphæriſteriis, ludis gladiatoriis [den Fechtboden / Ballen und ſpiellhäuſern.] commodo Reipublicæ, citra turbarum metum, annuum cenſum indicere magiſtratui hactenus licuit, ſemperque licebit. *Novi inclytam Imperialem Rempublicam Da die dritte Kanne Wein dem Rath zukommet. [13] Inprimis autem ad motus præcavendos, bene circa

im-

imponenda tributa diſtinguere debent Politici inter Ordinarium & extraordinarium. Ita v. g. capitatio [der Haubt Schatz] non niſi neceſſitate exigente, ſi ſc. Anti-Chriſtian. Annibal eſt ante portas, indici debet, & quidem pauperibus, & operariis, qui vivunt ex manu in os, quod dicitur, auß Hand in Mund/ exceptis.
[14] Inprimis porro Politici circa hunc articulum curare debent, ut, quò juxta proportionem eò melius cenſus imponi poſſint, Breviarium bonorum immobilium ſit deſcriptum: Circa mobilia verò curent, ut ipſi cives & ſubditi rerum ſuarum taxationes, juramento credulitatis prævio, inſtituant; quemadmodum Argentorati, Hamburgi, Brunſvvigæ & alibi fieri aſſolet. Si quis vero malâ fide & dolo hic agat, bona ejuſmodi improbi hominis in fiſcum redigi queunt, ipſeque tanquam fur publicus puniri poterit; Scio in Civitate Br. hac ratione aliquem, qui ingentē ſummā contra conſcientiā reticuerat etiam poſt mortem fuiſſe punitum, und iſt ihm ein eiſern Galge ůff den Grab-

ſtein geſetzt worden ; quod tamen nimis durum non niſi per rationem ſtatus ex principiis juſti extraordinariis defendi & excuſari poteſt. Quod ipſe Superior è mobilibus pecuniariis bonis violenter triceſimam, viceſimam, aut decimam exigat, non rarò exiſtere ſolent motus, uti Albani Ducis proceſſus tyrannicus in Belgio nos docet. De reliquo circa impoſitionem tributorum Politici legant elegantem Mæcenatis orationem apud *Dionem Caſſium* [lib. 52.]

LIV.[a] *Duodecimum Politicæ Tranquillitatis remedium eſt factionum exorientium citiſſima ſublatio*, & quaſi in herba extinctio; quæ regula ex iis, quæ ſupra attulimus de Factionibus facillime intelligi & explicari poteſt. Inprimis autem principiis hic obſtandum, ne ex ſcintillantibus Anti-Politicis ignibus magnum tandem exoriatur incendium, quod non niſi ruinâ deinde extinguendum.

*Principiis obſta, ſero medicina paratur,*
*Cum mala per longas invaluere moras.*

Ita

a *Factionum extinctio tranquillat reſpp.*

Ita Carolus V. Imp. ſuperiori ſeculo factiones inter Patritios & plebeios Auguſtæ Vindelicorum prudenter ſuſtulit, & Democratico Regimine [ der Zunfften ] abrogatio imperium Patritiis addixit, in quo ſtatu adhuc feliciter durat Auguſta illa Civitas: ſanè uti in aliis Politicis rerum articulis, ita etiam in hoc negotio ſerum eſt cavendi tempus in mediis malis [ add. l. 6. §. 9. D. de Injuſt. rupt. l. 5. in fin. [ in quib. cauſ. in int. reſt. non eſt neceſſ. lib. 1. C. Quand. lic. unicuique ſin. jud. c. Reſecanda cauſ. 24. qu. 3. ] Occidendus eſt hoſtis dum parvus eſt, parvaque ſcintilla ſtatim haut extincta magnum ſæpe excitavit incendium. Impetu itaque tanquam ſitienti fulgure, malorum quaſi fontes exhauriendi, qui, ſi pâteris, mox neſcient ripas.

*Scintillâ è minimâ en quantus naſcitur ignis?*

L V. *Decimumtertium remedium Politicum ad rempublicam in tranquillo ſtatu conſervandum eſt, armorum ademptio*, ſi ſubditi duri & contra obſequium obfirmati ad

rebellionem ſint proclives. Et quidem quod armiprivium [ut ſic dixerim] attinet, quis eſt tam cæcus Tireſias, qui gladios in Politicè furioſorum manibus relinquet? [Vid. t.t.C.*ut armorum uſus*. *Nov*.85. add. Griphiand. de Weichbill Sax. c.67.n.25.] id quod inprimis in Monarchiis ſtudiosè attendendum. In Democratiis verò plebi [quæ ſine armis eſt cymbalum inane] viritim armorum ſtudium permiſſum, &, Boxhornio teſte, apud Helvetios & Leodienſes opifices etiam armati ad operas manuales accedunt. Et hoc quidem valet in liberis Polyarchicis Rebuſpp. Cæterum, ut ante dixi, in Monarchiis hæc libertas exlex eſt. Ita per totam Galliam omnibus bombardæ ſunt interdictæ ſub pænâ ſuſpendii. Idem in Sabaudia obſervatur. In Hungaria arma ferens bubulcus primò caſtratur. Secundo capite plectitur, ac ruſticus, bombardam ferens, dextrâ manu truncatur, per Conſtit. Vladiſl. 6. art. 6. Hinc porrò in Hungaria ad tabernam & nundinas proficiſcens, arma deponit; ſecus autem faciens privatur armis,

&

& jejunat in cippo tres dies. In Boruſſia vetitum, ne ruſtici cum bombardis, cuſpidibus, lanceis, gladiis, aut ſimilibus armis, publicè aut privatim incedant, eaque deferant, niſi ad venationem, aut publicam pacem tuendam à Dominis & Poteſtatibus ſuis evocati fuerint: Sculteris tamen exceptis, quibus ob publicam functionem armatis eſſe licet. (vid. Ius Municip. Boruſſ. pag. 64.) Nihilominus tamen, ſi quis acceſſerit ex longè diſſitâ, & contraria conſuetudine utente provinciâ, ubi ob diſtantiam ſtatuta alienæ Reipubl. diſcere non potuerit, ac, ſuæ patriæ moribus præoccupatus, in perverſam ſuſpicionem non devenerit, excuſandus erit. Hinc Vrbis Romanæ Bannimenta portarum cuſtodibus injungunt, ut peregre advenientes, hoſpitiumve petentes, ad deponenda arma admoneant, Statutaque Vrbis ſuper hac re portis Vrbis & Hoſpitiorum affixa habeant, ipſi alias debita pœna afficiendi. Quemadmodum & ubique apud Italos neminem, ſive extraneum, ſive civem, arma in urbes inferre ſinunt, etiamſi rectà tranſire velit; ſed ablata in prima

porta in altera exituro reſtituunt. (*Arniſæ.* de Iur. Majeſt. lib. 2. c. 5. n. 9.) In Ordinat. Würtembergicâ (fol. 55. Tit. der Fewer und andern Büchſſen halber) ita ordinatum: das die wanderende ihre Fewerbüchſen entweder biß zu ihrer Wederkunfft von ſich geben / oder aber die Fewer-Schloß daran auß-ſchrauben / und ungeladen durch dieſes Hertzogthumb tragen ſollen / ubi vid. Linderſpür / n. 7. & ſeq. Certè niſi hoc ita ſalubriter eſſet ordinatum, in territoriis montoſis & nemoroſis, quot latrocinia non committerentur. Quod ſi porro in neceſſitatis articulo civica & ruſtica plebs armanda, magna opus eſt cautione: Autoritas ſiquidem in multitudinem abſque freno collata, nunquam feliciter adminiſtrata fuit; & turbas, ut parturire quidem perfacilè, ita iiſdem concitatis occurrere, ſummi laboris eſt (*Machiavell.* l. 2. Hiſt. Florent. p. 108.)

LVI. *Decimoquarto ad conſervationem tranquilli ſtatus in republicâ apprimè conducit, ut fortalitia, arces & propugnacula*

*la ad hodiernum Architectura Militaris ( Ingenieur* Kunſt*)modum exſtruantur.* Et hoc quidẽ Politicũ remediũ, tam præſervativum(ut cum Medicis loquar) quàm conſervativum, non tantùm turbidos ſubditos, ſed etiam exteros vicinos potẽtes intra legitimos cãcellos & terminos coërcet. Themiſtocles corã Lacedæmoniis, qui propter excurſiones barbarorum negabant oportere extra Peloponneſum ullam urbem haberi, ne eſſent loca munita, quæ hoſtes poſſiderent, hanc exceptionem protulit: Athenienſes non eò, quod inutile eſſet Græciæ, hoc feciſſe; Nam illorum urbem, ut propugnaculum, oppoſitam eſſe barbaris, apud quam jam bis claſſis regia feciſſet naufragium. (*Corn. Nep.* in Themiſtoc. pag. m. 65.) Et omnino melius eſt, propugnacula & anguſtias aditus defendere, quam igne ferroque terras vaſtare. [*Curt.* lib. 3. c. 4.] Covordiam, clavem Friſiæ, Groningæ & Drentiæ, ad tranquillandas ab externi hoſtis impetu illas provincias hactenus bene ſervarunt Fœderati, & cum Epiſcopus Monaſterienſis

in hodierno bello Gallo-Hollandico illam intercepiſſet, Rabenhaubtii, Strenui Bellatoris conſiliis & aſtu rurſus recepta eſt, atque ita res Friſicæ à violentia exterorum ſunt ſatis ſecuræ. De munimẽto Schenckiano, Hermanſteiniano, Berga ad Zoomã, Breda, Buſcoduco, Comorrâ, Iavarino, & aliis cõtra exteros fortalitiis, non attinet dicere. Si hoſtis primum habet muros & provinciarum claves, quid mirum, ſi tandem & ipſum ſcrinium cordis illius religionis recludat? Quod ſi verò incolæ alicujus Civitatis in Regno aut Principatu ad rebellionem ſint proni, eamque re & facto audacter inſtituerunt, ad eò melius illos in obſequio continendos mœnia eorum & valla ſolo, ſive in totum, ſive in tantum, æquentur [ Galli *demanteler* vocant ] munitiſſimæque arces ſive [ ut hodie loquimur ] *Citadella* ejuſmodi Vrbibus adjungantur. Ita Carolus V. Imper. ſeditione Gandavi ortâ arcem ibi conſtituit, & præſidium in capite ac cervicibus illorum collocavit [ vid. *Sleidan.* lib. 13. Comm. pag. 361. ] Bonifacius IX. Papa S. Angeli arce communitâ, Populò Romano frenos inje-

iniecit, primuſque Pontificum Romanorum Magiſtratus ad arbitrium ſuum creavit. Ex adverſo Civitatis Confluentiæ in dexterâ Rheni ripâ Caſtellum eſt *Ehrenbreitſtein*, quod deſpicit ſubjectam urbem & in officio tum illam, tum prænavigantes continet. Carolus Audax quidem Gandavenſes ſubegit, ſed Carolus V. Imp. ſubactionem ſigillo munivit, & ſecuritatem caſtello perpetuavit; veluti Neapolitanis factum cum caſtello S. Elmi, *la Briglia* quod vulgariter vocant; ut jam de arcibus Maſſilienſi, Mediolanenſi, Monſpelienſi, Taurinenſi, Monaſterienſi, Leodienſi aliiſque nihil dicam. Ludovicus XIII. Rex Galliæ anno 1628. captâ urbe Rupellenſi, inſtinctu Cardinalis Richelii, detraxit civibus arma, abſtulit privilegia, ſeditionis irritamenta, dejecta ſoloque æquata mœnia, Citadellaque juſſu Regis adjuncta. Belgæ Fœderati per fortalitium Naſſau aliaque propugnacula Inſulis Indiæ Orientalis antilenam & naſale imponunt. Ita ejuſmodi arces hodie urbes premunt, & contumacem Regibus &

Principibus ſuis populum habent ſub ictu.
Mirum eſt quod Machiavellus, qui alias impia & crudelia præcepta Politica Statiſtis ſuggerere ſolet, diſſuadeat ejuſmodi arcium exſtructionem; contra quem diſputant *Scipio Ammiratus* [ lib. 19. ad Tacit. Diſſert. 4. & *Ludovicus Septalius* [ lib. 2. de Rat. Stat. cap. ult.]

LVII. *Decimumquintum ad rebelles ſubditos in officio continendos eſt Deductio Coloniarum*. Exhaurienda ſcilicet eſt ſentina majorum urbium, ne ſuperfluæ multitudini animoſæ anſa detur rebellandi. Fecerunt hoc olim Græci [ vid. *Iſocrat.* in Panathenaico ] & Romani. Nam M. Valerio & Q. Apuleio Panſa Coſſ. ſeditio plebis ſopita eſt, cùm multitudo diſpergeretur in colonias [ *Livius* lib. 10.] Prudentiores in Fœderato Belgio nihil æquè ad tranquillitatem ipſius facere exiſtimant, quam quod quotannis magna copia hominum prodigorum, & ad conſpirandum promptiſſimorum, in Orientalem Indiam, Virginiam & Africam ablegatur, & hac ratione ipſi Orientales Indi ad civile obſequium facilius mitigantur; [ [vid. plu-

plurib. *Machiavell.* lib. 2. Hiſtor. Florent. in princ.] Certæ magnæ civitates in quibus delectus non inſtituuntur, ſeditionibus magis obnoxiæ ſunt. Nulla enim magna civitas ſtare diu poteſt; ſi foris hoſtem non habet, domi invenit (*Liv.* lib.30.c.40.)

LVIII. *Decimoſexto* etiam *Rerump. moderatores intentos oculos dirigere debent* in magnos homines & qui in lautiſſima & valde aucta parte ſunt, *opibuſque præpollent*, ne aliquid monſtri, forſitan ob ambitionem & mentis inquietudinem, alant. Sane largitionibus divitum non aliter atque piſces hamo capitur populus, ac opulentiores ad ambiendos honores converſi, ineſcando & omni genere largitionis dilapidant rem familiarem ſuam, ſimulque populum corrumpunt; unde non raro vis manuúmque violentia ſubſequitur [vid. *Polybius* lib. 6. *Cicer.* l. 2. ad Attic. Epiſt. 17.] Hinc prudenter Veneti, cum Gabrielem Bonum & Franciſcum Falerium propoſita lege, quâ ex ærario publico egenis civibus quotannis auri ſummam dandam eſſe volebant, gratiam civi-

civium captare deprehenderent, utrumque in Cyprum inſulam deportari curarunt, adjectâ capitis pœnâ, ſi ab oppido Nicoſienſium ullo tempore emigrarent. [*Petr. Bemb.* lib. 1. Hiſt. Venetæ.] Obſerventur itaque illi qui amant clientelas plebeiorum ac opificum: Ab ejuſmodi enim ſæpius ſeditiones, tumultus, tandémque conjurationes & mutationes ſtatus excitatæ ſunt. Certè per largitiones Fratres Gracchi & Sp. Melius Rempublicam Romanam invadere cogitarunt. [vid. *Septal.* lib. 3. de Rat. Stat. c. 1. *Schoock.* lib. 3. de *Sedition.* c. 10.] Neque porro permittendum eſt ejuſmodi Craſſis aut Crœſis ne bene munitas aut turritas ædes, in oculis totius civitatis exſtruant. Quomodo Valerius Conſul hac ratione in ſuſpicionem affectati regni venerit, legere eſt apud *Liv.* [lib. 2. Hiſt.] Quum anno 1165. civilis diſſenſio Genuæ in Italia gliſceret, turbulentorum Sagonis & Amilconis à Volto ædibus ac turribus à magiſtratu in poteſtatem redactis, Civitas paulum quievit [*Vbert. Folieta* lib. 2. Hiſt. Genuenſ.] De Luca Pitto vid. *Iovius* [lib. 1. de vit.

Leo-

Leonis X.] Nec immerito fortalitium Fouquetti in bella Inſula fuit ſuſpectum; an idem metuendum de Vrangeliburgo in Pomerania, viderint Sueci. Neque porrò è re Reipublicæ, præſertim polyarchicæ eſt, ut magni honores divitibus collati nimis diu continuentur. Habent enim hoc imperia diuturna, ut facilè quemvis hominem natum dementent, & cupiditate firmandæ potentiæ inflamment: Nihilque eſt tam civile, quàm brevis poteſtas, quæ magna eſt [add. l. 18. D. ad Municipal. l. 14. §. 5. D. de Munerib. l. 5. l. 6. C. de Aſſeſſor. l. un. C. de Ambitu l. 1. in fin. C. de Caſtrenſiariis. *Corn. Nep.* in Epaminonda. verſ. *Lex erat Thebis* &c. *Piccart.* in Obſ. Hiſt. Pol. Decad. 6. Prior. c. 7. & ad l. 4. Pol. Ariſt. c. 15. p. 630. & ſeq. *Val. Max.* l. 4. c. 1. *Liv.* l. 4. c. 24.] Hinc dignitas Conſulum Rom. tantum fuit annua, ideo, ne poteſtas mora corrumperetur (*Flor.* l. 1. c. 9.) & ne inſolenter, ſed comiter tractarent cives, qui ſcirent ſe fore poſt annum privatos. Hinc *Tertullianus* [in lib. de Patient.] Conſulatum Romanum vocat unius anni volatile gaudium.

Quod

Quod ſi vero temporaria magna munera perpetua exiſtunt, animus humanus per licentiam inſoleſcit, conſuetudoque imperandi, quoſdam inducit,ut, cum videant ſe non amplius eſſe poſſe privatos, anguillarum more turbent aquas, & res novas moliantur. Appuleius Saturninus continuatis honoribus Rempublicam laceravit (*Vell. Paterc.* l. 2. c. 12.) De Miltiade vid. *Corn. Nep.* in vita ejus. Iulius Cæſar aggreſſus eſt rapere dominationem imperii conſuetudine. ( *Sueton.* in Iul. c. 30.) Catulus de Pompeio judicavit: *Eſſe quidem magnum hominem & excellentem, ſed nimium pro Republicâ liberâ.* (Vellei. l. 2.) Vt verum ſit illud Mœcenatis apud Dionem Caſſium: *Longiora & diuturniora imperia multis ſpiritus attollunt, & ad rerum novarum molitiones præcipites impellunt.* Quomodo in Republica Athenienſium ejuſmodi magni homines, præſenti ſtatui formidabiles per Oſtraciſmum ſint ejecti, paſſim videre eſt apud Cornelium Nepotem; cui ſtatus rationi ipſe Ariſtides, cognomento *Iuſtus*, parere neceſſum habuit. (vid. *Plutarch.*

in

in Ariſtide ) Simili ratione Syracuſis Petaliſmus fuit receptus. Simile exilium abſque infamia apud Romanos ſuſtinuit Scipio Africanus, qui urbe pulſus Linternum conceſſit , ſepulchroque inſcribi curavit : *Ingrata patria, ne oſſa quidem mea habes.* Veneti etiam non temere quemquam ex optimatibus , inſigni virtute & ſpiritu reliquos antecellentibus, potentem & clarum fieri patiuntur, teſte Iovio (lib. 1. Hiſt.) Exemplum de Gabriele Bomo & Franciſco Valerio antea h. §. fuit allatum. Idemque expertus ante 65. præter propter annos Iacobus Soranus, quem exulatum in Iſtriam ablegarunnt. Bartholomæi Coleonis monitum ad Senatum vid. apud Dn. *Conring.* (de Rat. Stat. Concl. 25.) Et hæc ex principiis juris extraordinariis per Rationem ſtatus forſan excuſari poſſunt: Aliàs quoad regulas juris ordinarias iniqua eſt hæc Lex : *Nemo de nobis unus excellat, ſed, ſi quis extiterit, alio atque alio loco ſit,* [add. *Ariſt.* lib. 3. Pol. c. 9. *Plutarch.* in Themiſtocle.] quamvis *Schoockius* [ l. 3. de Sedit. c. 11. ] oſtraciſmum iniquitatis coarguat. Cæterum in cor-

corrupta Republicâ corruptæ quoque leges; quæ ſecundum quid tantum juſtæ cenſentur, egoque Oſtraciſmum etiam ad flagitia potentatus Democratici cùm aliis refero. Imò ſi ejuſmodi magni homines & potentiores hoſtilia contra rempublicam moliantur, potius penitus ſunt obruendi, quâm in exilium mittendi. Certe Catilinę non ſunt urbe pellendi, ſed in ipſa urbe occidendi. [Vid. *Bodin.* l. 4. de Repub. cap. 1.] quo pertinet dictum Coſmi I. Magni Etruriæ Ducis: *Homines magnos aut non eſſe fodicandos, aut occidendos.* An tragicus exitus Wittiorum huc exempli loco referendus ſit, id ego, negotij illius intimiore peritia carens, non intelligo. Viderint hoc ii, qui in Belgio Fœderato ad clavum ſedent. Quæ hactenus dicta ſunt de honoribus magnis, nimium haut continuandis, eadem etiam in Rebuſpp. Monarchicis locum inveniunt. Communis enim Regni Regiſque tutela eſt, non ad unum omnia deferre. [*Ariſt.* l. 5. Pol. cap. 11. *Tacit.* lib. 2. Hiſt. cap. 92. §. 3.] Wallenſteinius copiarum Cæſaris ſummus præfectus eâ poteſtate, & ſuopte

inge-

ingenio & facilitate Cæſaris abuſus eſt impotentius quàm deceret miniſtrum. De ambulatoriis Magiſtratibus magni Moſcoviæ Ducis vid. *Olear*, [ lib. 3. Itiner. c. 10. pag. 223. ] Hiſpaniæ Rex delegatum imperium Pro-Regum in Americâ & Neapolitano Regno certis limitibus temporis circumſcripſit. Quod ſi verò ejuſmodi magni Regum & Principum miniſtri [quorum munus ut plurimum ſolet eſſe perpetuum, plus quam civilia agitent, Sejani fabula cum illis peragenda. [ Vid. Baronis *Enenckelii* Tract. qui inſcribitur *Sejanus* ] De Alvaro Luna vid. *Lipſ.* in not. ad l. 3. Pol. pag. 519. De Marchione Ancræo vid. *Cluver.* in Epit. Hiſtor. pag. 727. de Buchimgamio Angliæ Seiano vid. *Epit. Rer. German.* pag. 70. De Marchione Veteri Villano vid. *Miniſter Richelii* pag. 28. 29. De Cardinale Eboracenſi vid. *Sleidan.* l. 9. Comm. pag. 238. Fabulam Sejani aliorumque id genus, quos fortuna evexit, ut lapſu graviore ruerent; etiam cum Wallenſteinio actam agnoſcimus. De Roderico Calderonio vid. *Brachel.* lib. 1. Hiſt. p. 65. & ſeqq. Exemplum de Cornificio Vlefeldio

feldio ſupra fuit allatum : Noviſſimum verò de Principe LOBKVITIO Germania noſtra novit: Quod fatum tandem ſit habiturus, dies, rerum doctor & magiſter docebit.

LIX. *Decimum ſeptimum remedium Politicà tranquillitatis eſt, ut ambitioſis ingeniis occurratur.* Ambitionem turbas dare & ſeditionum civiliumque bellorum eſſe flabellum, omnis loquitur Hiſtoria. In Monarchiis ſimplicibus vel mixtis hoc ipſum evenit, ſi non conſtet de ſucceſſore, aliorum ambitionibus obicem ponente. De motibus & turbis poſt exceſſum Alexandri M. adeunda Hiſtoria Quinti *Curtii* lib. 10. cap. 6. & ſeqq. Vnde mature, vivis adhuc Regibus, vel electitio vel hereditario jure imperantibus [ſi liberis careant] deliberatio de certo ſucceſſore ſuſcipi debet, ne nocivum Interregnum [*Iudic.* 17. verſ. 6. cap. 31. verſ. 25.] publicas vires diſtrahat, dum in ambiguo ſolo fluctuat navis Reipublicæ. Hoc ſi fiat cohibentur aliorum pravi ſpes, & auſus [*Tacit.* l. 3. Ann. c. 56.] frenantúrque ambitioſi ſpiritus. Auguſtus in Tiberii adoptione adje-

adjecit: *Hoc Reipublicæ cauſa facio* [*Voll.* lib. 2. cap. 103. *Sueton.* in Tiber. cap. 21.] Quando & quibus de cauſis in noſtro Electitio Romano-Germanico Imperio vivo Cæſare ſucceſſor, qui dicitur Romanorum Rex, deſignandus ſit, id ego ad arcana Imperii refero: Punctus ille ſatis arduus, adhuc hodie manet ſuſpenſus, illiúſque deciſionem adhuc æquis expectamus mentibus. Priuſquam Chriſtina Sueciæ Regina reſignaret, jam tum de ſucceſſore Carolo Guſtavo, Comite Palatino Rheni conſtitit. In Regno verò Poloniæ, quum ante reſignationem Regis Ioannis Caſimiri (en *caſum mirum*!) Poloni alium Regem eligere nollent, quantis motibus & turbis tum non fuit concuſſum nobiliſſimum illud Regnum, dum Moſchus, Lotharingus, Palatino-Neoburgicus, & Condæus, exteri proci, Coronam illam, tot ſpinis hodie contextam, pariter ambirent? adeò, ut tandem ad illorum ſpes & flagitationes cohibendas contra rationem ſtatus, hactenus conſuetam, Piaſtum ſive indigenam extero prætulerint. Ita tum electus Princeps Michael Warnovviſky, poſt cu-

jus

jus obitum alius Polonus nempe Iohannes Soboiesky anno 1674. electus; atque ita alienigenarum Potentium Principum conſilia & conatus redditi fuerunt irriti atque fruſtranei. Cavendum porrò ſedulò in omni Monarchia & Polyarchia, ne homines ambitione tumidi atque excæcati ad magna & ſublimia Reip. munera evehantur. Hi enim cupiditatibus modum imponere neſcii non rarò per turbas quadrata rotundis mutant. Prudenter itaque Franciſcus I. Galliæ Rex filium Henricum II. monuit, ne ambitioſos Guiſios gubernaculis Reip. admoveret (*Thuan.* l. 17. Hiſt.] Certiſſimum eſt, nullos ambitioni limites, neque ſacros neque profanos, obſtare; omnia perrumpit, diſpicit, calcat; omnia jura obedientiæ violat, & ante omnia oculos velat juſtitiæ, ut tanto audentius incipiat progrediaturque. Wallenſteinius cum ſumma poteſtate toti exercitui Cæſareo præpoſitus, quantum mox excitaſſet tragicum incendium, niſi ex ignibus ſcintillantibus erumpens flamma ſanguine ipſius fuiſſet extincta. [add. Epit. rer. German. pag. 57. 58. 63. 64.] De ambitioſis

bitioſis ſuis Fæderatis Belgis ita diſſerit Schoockius: Ingens in Belgio Fæderato notatur numerus virorum, qui ſi non ſint docti, ſibi tamen tales videntur, & capaces quorumvis munerum: quâ opinione quum ſint excæcati, ingentem ſibi injuriam fieri exiſtimant, quod faſces ipſis non obtingant. Quoniam verò munera pauciora occurrunt, quam ut illorum ratio haberi poſſit, proni feruntur ad res novas, atque aliquando pluribus civitatibus (aliquæ expertæ jam fuerunt) à talibus ingeniis motus excitandos auguror. Et mox: Nimis quàm frequentes Academiæ in hoc Belgio ſunt, & quilibet ex quintę claſſis hominibus, filios ſuos ſtudiis invitante occaſione, conſecrat, qui, ſimulac ultra primas literas progreſſi ſunt, alta ſpirant, exiſtimantque cruda hæc ſtudia mereri promotionem aut in Eccleſia aut in Republicâ, cum verò ut plurimum malè educati ſint, adhoc cum paupertate domeſtica luctentur, ad omnia, quę aliquis Catilina, vel Cethegus, aut Diotrephes in Eccleſia conſulere poſſet, parati ſint. Hæc *Schoockius* l.3. de Sedition. c.9.]

LX. *De*

jus obitum alius Polonus nempe Iohannes Soboiesky anno 1674. electus; atque ita alienigenarum Potentium Principum conſilia & conatus redditi fuerunt irriti atque fruſtranei. Cavendum porrò ſedulò in omni Monarchia & Polyarchia, ne homines ambitione tumidi atque excæcati ad magna & ſublimia Reip. munera evehantur. Hi enim cupiditatibus modum imponere neſcii non rarò per turbas quadrata rotundis mutant. Prudenter itaque Franciſcus I. Galliæ Rex filium Henricum II. monuit, ne ambitioſos Guiſios gubernaculis Reip. admoveret (*Thuan.* l. 17. Hiſt.] Certiſſimum eſt, nullos ambitioni limites, neque ſacros neque profanos, obſtare; omnia perrumpit, diſpicit, calcat; omnia jura obedientiæ violat, & ante omnia oculos velat juſtitiæ, ut tanto audentius incipiat progrediaturque. Wallenſteinius cum ſumma poteſtate toti exercitui Cæſareo præpoſitus, quantum mox excitaſſet tragicum incendium, niſi ex ignibus ſcintillantibus erumpens flamma ſanguine ipſius fuiſſet extincta. [add. Epit. rer. German. pag. 57. 58. 63. 64.] De ambitioſis

bitioſis ſuis Fæderatis Belgis ita diſſerit Schoockius: Ingens in Belgio Fæderato notatur numerus virorum, qui ſi non ſint docti, ſibi tamen tales videntur, & capaces quorumvis munerum: quâ opinione quum ſint excæcati, ingentem ſibi injuriam fieri exiſtimant, quod faſces ipſis non obtingant. Quoniam verò munera pauciora occurrunt, quam ut illorum ratio haberi poſſit, proni feruntur ad res novas, atque aliquando pluribus civitatibus (aliquæ expertæ jam fuerunt) à talibus ingeniis motus excitandos auguror. Et mox: Nimis quàm frequentes Academiæ in hoc Belgio ſunt, & quilibet ex quintę claſſis hominibus, filios ſuos ſtudiis invitante occaſione, conſecrat, qui, ſimulac ultra primas literas progreſſi ſunt, alta ſpirant, exiſtimantque cruda hæc ſtudia mereri promotionem aut in Eccleſia aut in Republicâ, cum verò ut plurimum malè educati ſint, adhoc cum paupertate domeſtica luctentur, ad omnia, quę aliquis Catilina, vel Cethegus, aut Diotrephes in Eccleſia conſulere poſſet, parati ſint. Hæc *Schoockius* l.3. de Seditione. c.9.]

LX. *Decimo octavo ad tranquillitatem conſervandam plurimum conducit, ut miniſtri Eccleſiæ magiſtratuum vitia* & nævos in ſacro ſuggeſtu admodum circumſpectè & modeſtè exemplo Nathanis Prophetæ [mit gebührlicher Beſcheidenheit] taxent, eaque quę ad rationem ſtatus ac Politica decreta ſpectant pro concione haut expendant, [Vid. *Schoock.* d. l. 3. cap. 3.] ne inde contemptus & motuum oriatur occaſio.

*Mitibus & ſanctis nulla eſt ſpernenda poteſtas.*
*Æquum ſervire eſt Regibus & Dominis,*
*Vt Chriſti famulis ad verum proſit honorem,*
*Dilexiſſe bonos & toleraſſe malos.*

Albericus Gentilis [Diſp. 1. ad tit.] Si quis Imp. maled. ita loquitur: *Si concionator Verbi Divini maledixerit Principi, etiam concionator iſte deferendus Principi eſt, & Princeps de eo judicabit &c. Afferunt privatos iſti affectus ſæpe; quos & ultum eunt ad hunc modum ſub prætextu* [*ô impii*

*impii!* ] *injunctiſibi muneris increpandi, &* *ad hunc modum graſſantur ſæviter, bacchantur inſaniter.* Hęc ille. Quin potius Reverendi iſti Viri hoc primarium, officiique palmarium reputent, ut Amorem Dei, ſuorumque Vicariorum ſemper inculcent. De Paulo vid. Act. 23. & cap. 25. In ſumma; æquo longiores Eccleſiaſticorum togę [ut Ognatus Comes Hiſp. dixit] ſunt reſecãdę; alias cum Philippo Melanchtone orare neceſſum habebimus, precari: A malo Eccleſiaſticorum odio libera nos Domine. Boni, Meliores & Optimi ſacrorum Antiſtites in hactenus allatis neutiquam nigro lapillo notantur; ſed tantum mali, pejores & peſſimi, qui Rempublicam, &, quę ipſi inhæret, Eccleſiam, turbant. Piiſſimis pariter, atque doctiſſimis Animarum Chriſtianarum Paſtoribus per omnium ſeculorum memoriã, maneat decens honos & reverentĩa. Hi meritò ſemper venerabiles manent, manebuntque

*Dum cælum ſtellas, dum vehit amnis aquas.*

Abeat ergo in malam rem, impius quidam Politicus, qui ita ſcribere, contra Chriſtianæ Religionis doctrinam, haut vere-

tur: *Non amoſ as Paſtores & Myſtas tuos, ſub quibus vivis. Quis enim in re tanta, quanta eſt ſalus animæ, fidus ſatis dux & Paſtor erit? Optimus ille Chriſtianus eſt, quiſui ipſius eſt Paſtor. Nemo pro ſalute tua in excubias poſitus eſt; nemo pro te infacilem deſcenſum Averni ibit; Quiſque ſuos patiemur manes; nec aliena fide nos ſalvari etiam ruſtici hodie & aniculæ noſtræ ſciunt.* Hæc impius ille nebulo; ex quo, ſi viveret, tantum quærerem; An Paſtores & Oves ſint unum & idem?

LXI. *Decimum nonum tranquillitatis civilis remedium eſt*, ut Nobiles, Literati, Mercatores, ruricolę, & etiam in duriſſimo pariter atque graviſſimo ſtatu viventes pauperes reſpective, à Rerumpp. Dominis colantur, venerentur, foveantur, promoveantur, ab omni injuria defendantur, ac ſuſtententur. Honeſta ſanè paupertas, quæ plerunque bonarum mentium ſoror eſt, dignitate haut debet deſtitui. Certè nobilis pauper vulgo eſt ludibrio, nobiliſque ſine bonis eſt, quod Doctor Iuris ſine lege, & Canonicus ſine præbendâ. Nihil miſerius eſt nobili; qui, ſine cenſu equeſtri conſtitutus,

ſtitutus, ligna cogitur in forum venalia advehere, & per proavos ſuos omnemque ſtirpem jurare, ſe pluris alias vendidiſſe; adeoque divitiæ ſunt neceſſarium accidens nobilium familiarū. Nobiles itaque genere & virtute tales, aſt attenuati; evehantur ad magiſtratus & provinciarum adminiſtrationes, & ita gloriæ erit, bene tolerata paupertas, & magnæ opes innocenter partæ & modeſtè habitæ Vid. *Tacit.* l. 4. Ann. cap. 44. *Sueton.* in Neron. cap. 19. add. l. 14. §. 3. D. de Muneribus. Conſulatur primo ejuſmodi nobilibus matrimoniis de pane & lacte, juxta illud: eine reiche Braut bringet alles Wieder / quod inprimis in Germania & Italia viget. Wallenſteinius Bohemus Nobilis ortu, ducta Comitis Harrachii in aulâ Cæſaris filiâ, ita benevolentia Cæſaris invaluit, ut Comes primum, deinde Dux ac Princeps Imperii, denique bis ſummus Præfectus exercitus Imperatorii cum ſumma poteſtate renunciaretur. Ita matrimonium [juxta Tacitum] eſt ad majora nitenti decus & robur. Omnes Germaniæ Nobiles

hodie è miſeriis anguſtis eripit Militia; & in Pap. Imperio Eccleſiaſtico Epiſcopatus & munera Eccleſiaſtica Illuſtres & Nobiles familiæ ad magnæ fortunæ cultum perveniunt; ubi tamen hoc improbo, quod etiam Nobiles Epiſcopi & ita Principes Eccleſiaſtici fieri queant. Praxis illa quantum hactenus Germaniæ nocuerit, loquitur flebilis & miſera experientia. Deus meliora! Canonicatus verò & beneficia Eccleſiaſtica ad ſublevandas Nobilium familias, etiam adhuc hodie in Germania apud Evangelicos foventur ac ſuſtentantur. De Germaniæ moribus circa hanc rem ita ediſſerit Michael Piccartus: *Epiſcopatus & omnia Eccleſiaſtica munera ſunt remedia fovendæ & conſervandæ nobilitatis, & ſerviunt ſecundogenitis, qui excluduntur ab hæreditate paternâ, & adminiſtratione rerum per primogenitos. Unde & conſuetudine invaluit apud nos, quæ in leges pene abiit, ut primogenitus ſuccedat patri in bonis, ſecundogenitus fiat clericus, tertius, &, qui ſequuntur, militent.* Hæc ille (Dec. 12. Obſ. Hiſt. Pol. c. 9.) Quæ de nobilibus genere & virtute talibus ha-

ctenus

ctenus dicta ſunt eadem etiam de Literatis aſſerenda veniunt. Nam & hi muniis reipublicæ ſunt præficiendi, ſive ſint Theologi, ſive ICti, ſive Medici, ſive Philoſophi tam in Academiis, quàm in trivialibus Scholis. (add. §. fin. Proem. Inſtit. l. un. C. de Profeſſorib. & Medic. Dn. *Conring.* ad l. un. Cod. Theodoſ. de Studiis Liberal. Vrb. Conſtant.) Sed hodie proh dolor! Mars truculentus pingueſcit, & Pallas fit quaſi pallida mors, eoque ventum eſt, ut eruditiores hujuſmodi querulas voces edere ſæpenumero cogantur:

*Sunt mulæ Muſæ, noſtraq; fama fames*
*Cura mihi Aonides, ſemper mihi numen Apollo;*
*Nocte dieque illi barbita noſtra ſonant;*
*Sed mihi quid fructus dulciſſima barbita præbent,*
*Quâ tandem Aonides utilitate juvant?*
*Pauperies me dura premit, ſævique labores,*
*Atque arcere hyemem vix toga ſarta poteſt.*
*Da, rogo, conſilium, votorum inſpector, Apollo.*

*Apollo,*
*Nam te dulce ſequi, ſed mihi egere grave.*

Ad tranquillandas porrò privatorum vitę conditiones non parum imò multum, plus, plurimum refert, ſi magiſtratus procuret, ut mercibus emendis, vendendis vel permutandis bene in republica ſit proviſum atque proſpectum. Hollandis ſanè commercia aurum copioſius, quam Peruviæ fodinæ Hiſpano afferunt. Sine commercio reſpublica haut diu ſtare poteſt, quo ſublato inſequitur inopia annonæ. Errarunt Politici felicitatem ſoli virtuti attribuentes, ſpretis commerciorum & periculis & commodis. Evanuere tempora inertia, ubi glande veſcebantur mortales, aut fruges ſine artificio natas in deliciis habebant, cùm nunc longè plura ad vitam exigendam videantur neceſſaria, quæ commerciorum cultus ſuppeditat. Belgium olim ob commerciorum divitias, indeque reſultantes annuos proventus fuit appellata, India Majeſtatis Regiæ; hodieque Amſtelodamum, ubi Mundi nundinæ aguntur, Mundi Excambium audit. Quomodo

modo in Hollandia Magiſtratus commerciorum ſedulam curam gerant, expoſitum eſt alibi. Hinc porrò ſupremæ poteſtates ad turbas evitandas id providere debent, ne monopolia, mercaturæ adverſantia à privatis exerceantur (Vid. l. un. C. de Monopoliis, & Tract. Dn.*Fritſchii.*) Hac ratione enim inducitur rerum caritas; & coguntur cives è manibus iſtorum hominum carius res comparare, itemque impediuntur commodè negotiari, benigniores que eſſe in pretio aliis civibus (*Molina* de Iuſt. & Iur. Diſp. 345. n. 1.) Licitum tamen eſt, ut nonnulli ſpe grandioris lucri ingentes frumenti acervos coëmant; item ut ampliores Mercatorum ſocietates (uti in Belgio ſunt Indicæ) certis privilegiis ſed temporariis muniantur; alias murmurant ac fremunt reliqui cives, ſi videant paucos invidioſas hac ratione congerere opes, ſibique obſtare privilegia decretis publicis confirmata. (vid. *Schrock.* l. 3. de Sedit. c. 15.) Quomodo motus artificum & operariorum, certis tribubus coeuntium præcaveri poſſint, jam ſupra fuit allatum. Vbi hoc etiam à provido

Magiſtratu attendendum, ne occaſione popinarum mechanici, item operarii ſua dilapident, ne paupertatis ſtimulus illos ad res novas moliendas excitet. *Conſtitutionibus* (inquit Perez) *prohibentur popinæ, in quibus aleâ luditur, compotationibus exhauriuntur pecuniæ, & ad libidinem ſternitur via. Nam ſæpe vini dulcedine illecti & ineſcati artifices & mechanici non tantum politiæ leges tranſgrediuntur, ſed & rem domeſticam tranſgrediuntur, & obliviſcuntur, & unâ atque alterâ hora in popinâ conſumunt, quod totâ hebdomadæ in officinâ ſummo labore ſunt lucrati. Atque inde ſæpe bene poti audaciores ad ſcelera prodeunt, quæ antequam committant, ex popinis extrahendi, in carcerem publicum detrudendi, & pane doloris & aquâ triſtitiæ tractandi, ut ſic tandem ad bonam frugem redeant, & bono publico & familiæ ſuæ reſipiſcant.* Hæc Ictus conſummatus Perezius ad tit. 16. lib. 11. Cod. §. 11. Quin non tantum in urbibus ſed etiam in pagis ruſtici in hoſpitiis paganis (in den Krügen) reditus agriculturæ

egregiè

egregiè conſumere norunt, cum inſigni Reipublicæ detrimento. Expedit ſanè Reipublicæ, ne quis re ſuâ malè utatur [§. 2. I. de his qui ſunt ſui] legiſque 21. C. Mandati licentia non eſt exlex, ſed Reipublicæ *Dominio Eminenti* [ut Grotius appellat, circumſcripta] wer offt lang tiſchet/macht ein mahl ein kurtzes Teſtament. Vt verum fatear, magiſtratus hodie perſæpe non habent ante oculos tit. Digeſtorum atque Codicis de Curatore furioſi & Prodigi; quum juxta illius tenorem omnibus iis, qui furioſum exitum in bonis habent, bonorum adminiſtrationi interdicere, uſque curatores dare teneantur [add. §. 3. *I. de Curatorib. Val. Max.* l. 3. c. 5. n. 2. *Paul.* l. 3. Sent. tit. 4.] Dominii illius eminentis vigor, ſi dormiat, & non cum ſumma vigilantia exerceatur, videbimus tandem triſte in ſingulis Reſp. epiphonema: *Dum ſinguli luxuriantur, univerſitas Salutis publicæ tabificam peſtem, ſerpentem in gremio, & epidemeticam calamitatem experitur.* In ordinatione Wurtembergicâ ſeverè injungitur Offi-

cialibus : Das ſie die verſchwender / ſo deren einer in erfahrung gebracht fur ſich beſcheiden / und ihnen ambt/ halber befehlen / von ihren uppigen weſen abzuſtehen / mit fernerer betro hung das / wo ſie weiter in ihren unnutzen hauſhalten fortfahren / ſelbig- ihrer haab und guter entſetzet / auch mund todt gemacht werden ſollen (Tit. von den unnutzen hauſhaltern / ibique *Lindenſpur*. n. 1. & ſeqq. ) Vt autem redeamus ad artifices & operarios, cavendum omnibus modis, ne res aut reſculas ſuas in tabernis vinariis aut cereviſiariis temere & intemperanter profundant, ac quaſi extra feneſtram, aut in flumen & máre proiiciant. Caveant itaque magiſtratus, ad præcidendam omnibus inde oriri ſolentibus, motibus anſam, [1] Vt diebus Dominicis durántibus ſacris, omnes tabernæ, in quibus plebs inebriari aſſolet, claudantur, [2] Vt caupones in negotiis inter hoſpites paſſivos controverſis, inſtar judicum, nihil cognoſcant, ſed hoc omne

ad

ad magiſtratum competentem deferant. [3] Vt caupones ejuſmodi luxuriantibus artificibus & operariis nihil credant, neque fidem de ſumptuum ſolutione adhibeant. [4] Ipſi tribuum magiſtri & operariorum moderatores animadvertere, ac poſtea magiſtratui deferre deberent, ſi quis ex artificibus & operariis ſubſtantia ſua & bonis acquiſitis abutatur, eáque in latrinas [venia ſit dicto] cauponum veluti profundat; Tum enim ejuſmodi malæ frugi homines tamdiu ergaſteriis includendi, donec in rectam Oeconomicam viam redeant. [5] Denique providendum eſt, ut ſinguli tribules & operarii præfectis ſuis ſingulis hebdomadibus aut menſibus aliquid in communem arcam conferant, quò, ſi unus vel alter in paupertatis ſtatum ſine culpa cum familia perveniat, inde ali ſuſtentariq; queat. (add. *Schoock.* l. 3. de Sedition. c. 16.) De pauperibus autem & mendicantibus, quamvis non adeò ſibi metuant Viri Politici, tamen, ut omnia ſint in tranquillo, etiam iis benefacere oportet, modò non ſint validi; qui ad labores cogendi (vid. tit. Cod. de Validis Mendicantib. &

Dn. *Friſchii* Tractat. de hac materia.] Quod ſi Chriſtiani Magiſtratus hodie ſatisfacerent præcepto Dei de agnoſcendis & alendis pauperibus, tot afflictiones miſerrimas non adſpicerent atque ſentirent Chriſtianæ Reſpublicæ. Cimon homo non-Chriſtianus ſæpe quum aliquem offenſum fortunâ videret minus bene veſtitum, ſuum amiculum dedit. [*Corn. Nep.* in Cimon. pag, 113.]

*Nullum majus erit lucrum, quam paſcere egenos,*
*Fœnore nam grandi centupla dona feres.*

Et ſanè melius operatur pecunia in pauperis cibo, quàm in divitis ſacculo; ac theſaurum ſuum condit in cœlo, qui Chriſtum paſcit in paupere. Et quidni? Chriſtum debitorem habere potius eſt, quàm omnia poſſidere, qui pro fruſto panis regnum largitur.

Des armen mann/
Soll wer nur kan/
Von hertzen ſich erbarmen.
Die gütte dein/

Soll

Soll allezeit ſein/
Ein eigeneß Erb der armen.

*Si fueris Crœſus, ſic partis utere rebus,*
*Ne jaceat ſurdus Lazarus ante fores.*

Optimo Chriſtiano exemplo hic omnibus Chriſtianis præivit Dn. D. Conradus Horneius, SS. Theologiæ Profeſſor Helmſtadienſis, qui ægrotorum, pauperum, afflictorum calamitates eò promptius, lubentiúſque levavit, quod, Servatoris perſonam eos induiſſe, animo ſemper obverſaretur. Eccur verò, aiebat, generis neceſſitudine nobis junctum, jacentem, repentemque faſtidiamus, cum venator ne canem quidem à lectulo arceat, agricola vitulum exoſculetur, & propriis manibus viator aſini pedes lavet. Ante ſex à tempore obitus annos miſellum puerum, è viciniâ oriundum, membris omnibus contractum, &, manibus pedibuſque humi ſupinum, ægrè reptantem, cum ſtipem in areâ, quam Iuliam appellamus, ab obvio peteret, in domum recepit, & benignè habito perſuaſit, ut ſub chirurgi manibus membrorum uſum recuperare pe-

periclitaretur. Deducto in hoſpitium, omnia vitæ & valetudini curandæ neceſſaria ſuppeditavit, quin lavanti, & moleſtas compedes ac vectem aptanti, intendentique chirurgo frequenter adſtans hortatus eſt: Ferret fortiter exigui temporis tormina, ſpe perpetuæ ſanitatis. Adſpiravit ſucceſſum Dominus, ut, qui antea corpore toto vicos urbis miſerè perreptabat, jam incederet erectus. Tradidit eum poſtea textori in Vrbe Helmſtadienſi, apud quem tyrocinio artis poſito, manuum pedumque prompto uſu ſibi victum paravit, valetudinémque, quoad vixerit, poſt Deum B. Horneio acceptam ferens. Similem huic alium triennio poſt inter mendicos ante templum jacentem contuens, novam bene merendi occaſionem noluit amittere. Accerſitum itaque, & lecto, cibis, veſtibus in hoſpitali cubiculo refectum ad parem medelam invitavit. Cœpit procedere opus ſic ſatis feliciter. Ille verò ἀλάστωρ dum miteſcere nervos & crura tendi animadvertit, indignari, malagmata revellere, execrari chirurgum, quin mendicandi occaſionem ita ere-

ereptum iri palam queri. Horneius interim inſiſtere feliciter cœptæ curationi percutiens, primum bona verba dare, & inter filios ſuos ſpondere educationem. Acceſſere poſt & minæ, quæ cum ſurdo dicerentur, tandem per ferramenta & virgas lictoris domitus, ferre chirurgum coactus. Quibus cum obſtinato animo pertinaciter reluctaretur, & malo liberari nollet, ejectus ex hoſpitio & claudicare juſſus eſt; ut refert Dn. *Schraderus* Eloqu. Profeſſ. Helmſtad. [Orat. in obitum Hornei.] In ſumma, ſi divites magni, majores maximi; parvi, minores, minimi; & pauperes in ſingulis Rebuſp. bene tractantur, nullus turbidus aquilo ſurget, nulli tempeſtatum nimbi decident, neque tonitrua Reipub. Domui tranquillæ nocebunt. Hic etiam porrò admonendum, quod Rerumpublicarum Rectores, ad turbas præcavendas, inprimis intentos oculos in Republ. degentes Iudæos, quos Carolus IV. Imper. ſervos fiſcalinos appellat, defigere debeant, ne aliquid monſtri in Republicâ alant. Nam vulgatum eſt diſtichon:

*Pi-*

*Vt damno abſque caper nunquam retinetur in horto*
*Sic nec Iudæus ſine damno in plebe fovetur.*

Quotquot hodie inter Chriſtianos Iudæi ſunt, non aliter quàm precario ibi degunt ac tolerantur; & magis inſtar ſervorum vel mancipiorum habentur, quam civium. Migrandum iis eſt, ſi Principes vel Reſp. ſub quibus degunt tolerare nolint, & migrare jubeant. Licentia commorandi nullâ alia ratione indulgenda, niſi morigeros ſe præbeant in illis, quæ ad eorum converſionem facientia imperabuntur, & ab ipſis ſine conſcientiarum ſuarum ſcrupulo præſtari poſſunt. Nolim equidem autor eſſe, ut recipiantur, ibi, ubi hactenus recepti non fuerunt. Vbi autem pridem recepti, nunc ob certas cauſas eiici nequeunt, ibi humaniter & comiter tractari malim, quàm quotidianis contumeliis & opprobriis vexari. Concipiunt enim odium non modò adverſus eos, à quibus indignè tractantur, ſed etiam adverſus eorum, à quibus injurias patiuntur, doctrinam & reli-

religionem, atque adeò, cum alliciendi eſſent, deterrentur, & abiguntur. Ita tamen humaniter tractari velim, ut intelligant, ſe ſervire, non dominari; ut intelligant, inquam, ſe cives non eſſe, nec alio jure commorandi uti, quàm precario; prohibeantur quidquam contumelioſum, vel in Chriſtum, vel in beatiſſimam ejus Matrem, vel in Chriſtianam Religionem effutire. Prohibeantur uſuras ampliores exigere, vel capere, quàm publicæ leges permittunt. Prohibeantur uti famulis & ancillis Chriſtianis, aut ex Chriſtiano ſanguine oriundis. Quod autem huc inprimis facit, jubeantur ſingulis ſeptimanis audire ſermonem, qui ad ipſos erudiendos & ad ſanam mentem, Chriſtique agnitionem traducendos ſit comparatus. Audiant in loco, in quo nullæ imagines vel ſtatuæ, quas adeò averſantur, ut conſidere ibi nolint, ubi poſitæ vel erectæ conſpiciuntur. Sermones habentibus de præmio proſpiciant ipſi Iudæi, aut, ſi tenuiores ſunt, magiſtratus loci (vid. plur. B. Dn. D. *Calixtus* in orat. de modo convertendi Iudæos.) Poſt Iudæos magiſtratus Chriſtiani

etiam

etiam caveant, ut Cyngaros, cives decipientes, & argento emungentes, è civitatibus eiiciant. (vid. *Lindenſpur.* ad ordinat. Wurtember. tit. Von den Ziegeinern *Ioh. Bonifac.* in Tr. de Furis §. Animo lucri faciendi n. 22. 23.) Idem etiam dictum ſit de Alchymiſtis, qui ut plurimum pro carbonibus cineres, pro metallis & auro cinerum favillas micantes in furno relinquunt: Scaliger de Monacho Chymiſta ita canit:

*Eſt fraus cucullo tecta, tecta fornace*
*Falſi Chymiſta, lingua cujus inviſis*
*Eſt plena nummis, ſed crumena carbone,*
*Proverbium ſit inde: Carbo theſaurus.*

LXII. *Viceſimum tranquillitatis Politicæ remedium eſt*, ut proba moneta tam quoad materiam quam quoad formam in immobili ſtatu conſervetur, ita ut nihil illi addatur, neque aliquid ſubtrahatur an guten Korn und Schalt/Schrott und Gewicht. (Vid. plurib. tractatus meus de quatuor Elementis Iuridicè conſideratis. Tit. 4. in Indic. voc. Nummus. *Lampadii* Diſcurs. de natura nummi. *Nicolai*

*colai Oreſmii*. Epiſcopi Lexovienſis, Tr. de Mutatione Monetæ. Dn. *Conringii* Diſſert. de Re Nummaria, *Lindemanni* Tr. de Mutuo. *Budelii* Tract. de Re Monetaria; idemque argumentum perelegantei perſecutus eſt Pl. Reverendus & Clariſſimus Dn. D. Gebhard. Theodor. Meyer Profeſſ. Theolog. Helmſtadienſ. in quibus Authoribus tota Nummi materia ita exaſciata extat, ut nihil amplius vel parum ſtudioſus lector deſiderare poſſit.) Ne itaque motus ob nummos cuſos exoriantur, tria inprimis ab omnibus, qui jus cudendæ monetæ in manu ac poteſtate habent, debent attendi [1] *Cudatur nummus ſincerus & probus.* Duo enim ſunt requiſita ut valeat numiſma proba materia, & vultus Imperatoris, Regis, Principis aut cujuſlibet alterius magiſtratus ipſi impreſſus (Vid. l. 1. 2. & 3. C. de veter. numiſm. pot. lib. 1. & 2. C. de Falſ. Monetâ *Cal. Rhodigin.* l. 10. Antiqu. Lect. cap. 2. Dn. *Conring.* de Re Numaria §. 48. 49. D. *Grothauſen* de Iur. Nummi. §. 12.] Hinc dicitur moneta, quod moneat, ne quid fraudis in ære, ſigno, pondereve fiat. In præ-

præterito tricennali bello anno 1623. & ſeqq. quantas calamitates, quantúmque malorum ſecum traxerit Diabolus ille monetarius, Alchymiſto ſuo Proteo in adulteratis monetis ſæviens; nullus pæne angulus in Imperio, quem lateat, & nemo, niſi cui Germania ipſa ignota, ignorare poteſt. Sicut vero Circius vectus vertigine turbat regiones, ita moderna depravatio monetarum omnia intervertit & interturbat, proptereáque Imperium ad teſtim pæne rediit. Nonne adulterina moneta omnes contractus, omnéque hominum commercium in præceps trahit? Nonne propterea nefandæ confuſioni, omniſque generis vitiis, licentia eſt data & feneſtra aperta? Imo furtum inter legitimos juſtóſque dominii acquirendi modos refertur? Heu ſtupendam hominum avaritiam! Heu feralem hominum in ſe ipſos truculentiam! Heu deteſtabilem monetarum depravationem! Heu deletricem Imperii in Vtopiam relegandam! Loccenius (l. 4. de Rep. Ordin. cap. 12.) ita: *Depravationi monetæ in materia occurritur, ſi ex puro metallo nummi percutiantur aut*

*aut ſi ob hujus vel illius metalli mollitiem [quo minus, dum viritim terit uſus, imminuatur] exiguum durioris metalli juxta debitam proportionem ſit admiſcendum; par tamen prope ſit monetæ ac rudis metalli pretium ſolis fabricæ impenſis deductis. Inter vicinos populos ex jure gentium atque commerciorum de ejuſdem æſtimationis nummis majoribus feriendis convenire refert & minutos nummos probos atque certo cum modo cudi. Vt valor monetæ ſit ſtabilior ac pretium rerum venalium æquius: nec monetarii, æruſcatores aut negotiatores, exilium nummorum copia, ad ſuum quæſtum, pretiique mercium augmentum arbitrario & iniquo abutantur, quod tam facilè nequeunt in ſtricta ſolida majoriſque monetæ indicatura, & in parva monetæ analogico modo.* Hæc ille; utpote quum hi minimo, ſi rectè rem conſideres, pretio ſuis rebus priventur: Si verò minuitur, tum illi exteri facilè nummis noſtris inſidias ſtruunt, ut illos per quaſlibet artes nobis ereptos, alibi majore pretio erogare poſſint. Durante bello Bohemico hoc ſeculo, nec vulgaris quidem juſtitia ſedem amplius in Germa-

nia

nia noſtra retinuit; Imperiali nummo per æruſcatorum nequitiam ad ſedecim florenorum æſtimationem elevato. Durante illâ confuſione monetariâ, debitores tum temporis promptiores ad ſolvendum, quàm creditores ad accipiendum exiſtebant. Ita mutatus nummus nullius æſtimationis eſt, neque utilis ad quampiam rem neceſſariam: Et ſæpe continget, ut dives ejuſmodi nummorum aliquis egeat neceſſario alimento, ait *Ariſtoteles* (l. 1. Pol. c. 6.) Et quamvis nummus poſſit mutari, tamen vult ſemper permanere; alias ſemper futura eſſet commerciorum confuſio atque perturbatio. (Vid. *Ariſt.* lib. 5. Eth. cap. 8.) Hodie proh dolor! mutatio nummi, etiam extra caſum neceſſitatis, eſt modus acquirendi. Si enim Rex aliquis oneratus eſt ære alieno, tum auget valorem nummi, & ſolvit creditoribus; poſtea verò in priſtinum valorem reducit, ſed magno cum ſubditorum damno. Quantum Germaniȩ nocuit Kipperiana & Wipperiana nummi mutatio? (Die Kipferzeit?) Magis quam bellum. Aliud verò dicen-

dicendum de extremo neceſſitatis aut evidentis utilitatis Reipublicæ articulo. Nam illorum nummorum pretium, qui uſui commerciorum inter cives ſolum inſerviunt pro Reipublicæ utilitate mutare ſumma poteſtas liberius poteſt. Imo exigente uſu publico fas etiam eſt ſimpliciter Principi intendere nummorum pretium, & hinc lucri aliquid captare (*Gabriel Biel* lib. de Monetæ poteſt. Concl. 5. Dubit. 3. Dn. *Conring.* de Re Nummar. §.20.] Ita Romani bello Punico, cum impenſis Reſpublica non ſufficeret libræ æris pondere imminuto, quinque partes lucri fecere, uſque dum æs alienum ſolverent. Poſtea Annibale urgente Fabius Maximus Dictator pondus iterum imminuit, & dimidium lucrata eſt Reſpublica (*Plin.* lib. 33. cap. 9.) Et habet hic locum illud *Taciti*, Statiſtarum Patroni: *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod pro ſingulis utilitate publicâ rependitur.* (lib. 14. Ann. cap. 44.) Prudenter tamen monet Schoockius: *Si aliquid quaſi iniqui extrema neceſſitas ſuaſerit, prudentis magiſtratus eſt, providere, ut poſtquam illa tranſiit,*

*moneta*

*moneta reducatur ad priſtinum ſuum decus, quod nec ſubito nec improviſo nimis, faciendum eſt, ne ſubditi magno nimis damno implicentur: Feſtinandum lente eſt, atque paulatim per temporis intervalla valor minuendus eſt. Quod ſi verò neceſſitas coëgerit nummum adulterare, per edictum monendi ſunt cives; omnes illos nummos ad certos inſpectores deferant, accepturi pro illis tantum, quantum metallum valet.* Hæc ille (l. 3. de Sedition. c. 16.) (3) *Tertiò* etiam magiſtratus circa *nummos* attendat, ut *cudantur à ſinceræ fidei hominibus.* (Vid. l. 1. D. Peculatus l. 9. D. ad L. Corn. de Falſis. t. t. (de Falſ. Monet.) abactis & punitis omnibus æruſcatoribus, Financiariis, Kippern und wippern. De æruſcatoribus. anno 1619. vid. *Reinking.* lib. 2. der Bibl. Polit. Axiom. 44. Quid quæſo Ariſtoteles de eo acquirendi modo ſtatuiſſet, quem præterito tricennali bello Æruſcatores vulgo Kipperi dicti, introduxerunt, ab Harpys & furibus nihil ſanè niſi nudo nomine diſtantes? Nam ſi quis unquam τίκτειν docuit nummos, illi profe-

cto

ℓto docuerunt, cum ex uno Ioachimico etiam decuplam ſuſceperint prolem. Nonnullibi unus Vallenſis enixus eſt viginti & amplius pullaſtros, ſed prorſus diſſimiles parenti. Vnde non ſine ſale jocatus de hoc hominum genere eſt, neſcio quis eruditus, qui excuſandos eos eſſe putat, quod naturam voluerint incitari, & paſtoritiam ſive agriculturam introducere in nummos: Sie hatten gemeint/ Munzen ůnd viehezucht oder Ackerbaun were einß. (Vid. *Henr. Iul.* Scheurl Diſſ. Pol. 8. numer. 26. Schőnborner. lib. 3. Pol. cap. 12.) Miror ſane, quod nonnulli Principes in hoc perverſo & pravo nummorum ſeculo Iudæis officinam monetariam per contractum locationis conductionis pro annuo locario relinquant exercendam: die Gold und Silbern Muntz-Beſchneidung wird insgemein den beſchnittenen Jůden zugelegt; ůnd ſolte man ſolchen unchriſten die *libertet* Můntz zupregen nicht verpachten. In ſumma circa hunc punctum obſerventur leges monetariæ Ferdi-

nandi. I. aliæque, quas finitis modernis Comitiis Ratisbonenſibus adhuc expectamus: Stet nummus ſincere percuſſus, tanquam polus in cælo, immobilis; omneſque falſarii & monetæ adulteratores ex omni republicâ eliminentur; & ita omnes turbas hinc enaſcentes facilè evitare poterimus.

LXIII. *Viceſimum primum tranquillitatis civilis remedium eſt annuæ alimoniæ ſive annonæ affluentia (quæ inſtar perpetui congiarii eſt) eiuſque civile pretium.* Quam exactè Romani illud ipſum obſervarint exponit *Schoockius* (l. 3. de Sedition. cap. 17.) & *Lipſius* (l. 1. Elect. cap. 8.) Sanè (ut verba Tiberii apud Tacitum l. 3. Ann. cap. 54.) (ad Batavos ex parte applicem) Hollandorum vita per incerta maris & tempeſtatum quotidie volvitur, ac niſi Poloniæ, Moſcoviç aliarumque Provinciarum frumentariç copiç ipſis ſubvenirent, an paſcua, aquæ & villæ ipſos tuebuntur? Prudenter itaque & Itali & Belgæ Fœderati, frumento exterorum indigentes, curam annonæ accuratiſſimè ſuſtinent; quâ omiſſa turbç orirentur, fun-

ditus

dituſque everterentur illorum Reſpublicæ. Italorum adagium eſt: Panis in foro, juſtitia in tribunali, ſecuritas ubique boni imperii ſigna ſunt. ( add. *Cicer.* lib. 5. ad Attic. Epiſt.21. Speckhn. Cent.1. qu. 10. num. 9.) Coſmus I. Magnus Etrurię Dux, Ioanni Bentivolo, Bononienſem Principatum capeſſenti, tria hæc pręcipua Reipublicæ gerendæ pręcepta dedit: Annonæ ſedulam curam, juſtitiæ dextram adminiſtrationem; & adulterii fugam ( Vid. *Ioh Bapt. Pigna.* l.7. Hiſtor. Ateſtin. Philippus Dux Pomeraniæ frumentum ſuis liberaliter diſtribuens dixit: Das korn were von Gott nicht darumb geben/ das mann es den Meüſen zu gut auffſchütten/ oder die ſchatzkammer damit bereichern/ ſondern das man es in zeit der Noth angreiffen/ und den Armen damit zu Hülffe kommen ſolle/ referente Zinckgreffio ( in Apophtegm.) Cum anno 1630. Belgium annonæ caritate laboraret, Amſtelodami Conſules, pio ac laudabili exemplo, honeſtos deſigna-

runt cives, qui factum ex publico frumento panem vili divenderent pretio; nec temere omnibus ſed iis præcipuè, qui paupertatem ſuam probaſſe ſe, probata teſſerâ, demonſtrarunt. (Zevecot. ad lib. 3. Flor. cap. 13.) De motu Lugduni ob annonæ caritatem exorto vid. Hölniz in Itinerar. pag. 324. Hippolitus à Collibus (de Increm. Vrb. cap. 21.) de Republicâ Venetâ, ſcribit, daß daſelbſten drey Oberſte Frucht⸗oder Korn⸗Herrn geordnet ſeind / dero Ambt allein 16. Monatt weret; und haben im Befehl / die Vorſehung zuthun / damit die Statt niemahls Mangel habe; wo ſie auch ſolchen beſorgen / ſo bringen ſie ſolches alßbald für den Herzogen / und das Collegium: Ja dieſe befleiſſigen ſich nicht allein dahin / das das Getraid zu rechter zeit / und in wollfeilen werth eingekaufft ſondern auch in ſolchen pretio wiederumb den unterthanen auſſge ſpendiret werde (vid. plurib. Lindenſpür ad Ordinat Wirtemberg. Tit:

von

von Schädlichen Fürkauff n. 11.) Hinc publicæ quoque occurritur caritati per granaria publica (Kornhäuſer) in quibus tempore abundantiæ frumentum colligitur & reconditur, ut tempore caritatis ſubditis vendatur. De Ioſepho vid. Gen. 41. & Pſ. 105. v. 6. Vt ergo ratione annonæ populo bene conſulatur (1) ad exemplum Ioſephi, & formicarum, in facilitate & copia annonæ, coemendum frumentum, & in granaria publica colligendum; ut difficillimis temporibus pace belloque ſuperſit in reipublicæ uſum. (2) Incumbit magiſtratui, ut opera detur, quo frumentum, quod vel ibi natum eſt, vel aliunde importatum, juſta ratione cum aliis communicetur (Vid. *Proverb.* 11. v. 26. l. 2. D. de Nundinis. *Sebaſt. Medic.* de Caſ. Fortuit. p. 1. qu. 6. n. 59.) & quidem certò pretio, cujus conſtituendi poteſtatem habet magiſtratus (l. 1. 8. cura carnis. D. de Off. Præf. urb.) (3) Poteſt etiam civibus imponi ſuperindictum ad emendum frumentum, & alia neceſſaria; tam in uſum ſuum, quàm militum, aut aliorum, reipublicæ

operam præſtantium, quod hodie *Magazin* vocamus (Vid. l. 2. C. Vt nem. lic. in empt.) ac jubere poteſt magiſtratus, ut quilibet civis certum numerum modiorum frumenti, pro ſuo ſuorumque uſu quotannis ſibi comparet (Vid. *Lindenſpur* ad Ordinat. Wurtemb. Tit. von Fürkauff n. 16. *Gryphiand.* l. 2. Oecon. leg. c. 4. n. 60. & ſeqq. (4) Dardanarii & flagellatores annonæ juſtis pœnis afficiantur (Vid. l. 6. D. de Extraord. crim. l. 3. §. 3. D. de crim. Stellion. l. 37. D. de Pœnis. 2. Feüd. t. 27. §. 4. Ordin. Polit. Imper. Auguſtan. de an. 1548. Tit. die Monopolia. §. Zu dem ſoll auch) Aur. Bull. tit. 1. verb. *vendere ac facere vendi &c. Gryphiand.* l. 1. Oecon. Leg c. 24. n. 254. & ſeqq: *Koppen.* Deciſ. 59. n. 21. ( (5) Flagellatores & compreſſores frumenti, publicâ neceſſitate jubente, cogantur ad diſtrahendum pro æquo pretio frumentum; niſi à Spiritu Sancto diris devoveri, à magiſtratu plecti, & pro patriæ parricidis haberi velint. (*Loccen.* l. 4. de Repub. ordin. c. 11. *Nicer.* ad Attic. Ep. 11. & 21.) (6) Poteſt etiam magiſtratus in

tus in

tus in caſu neceſſitatis evectionem frumenti publico edicto prohibere; vel ſi domi deficiat, aliunde curare advehi. Hollandiæ Granarium eſt hodie Dantiſcum, unde claſſis frumentaria per fretum Oreſundicum ſingulis annis ingentem frumenti copiam in Fœderatum Belgium advehit.

LXIV. *Viceſimo ſecundo etiam hoc ad præcavendos motus in Rebuſpp. facit,* ſi rumoribus & famæ ( quæ vehementiſſimum animorum incitamentum eſt, & mille linguis rerum fidem miſerè exaggerat ) tempeſtivè occurratur. ( Vid. *Scoock.* l. 3. de Sedit. c. 17. )

*Hac gliſcit greſſu, volucriq́, citatior Euro*
*Terrificis quatit attonitas rumoribus arces*
*Aſtruit auditis, docilis per inania rerum*
*Paſcere rumorem vulgi pavor.*

Populus itaque nec nihil, nec omnia ſcire debet: Quæ minus ad rem faciunt, nec ſcire refert, ſupprimenda ſunt: Fama anceps aut periculoſa, in quantum fieri poteſt, anticipanda: cauſæ metus adimendæ: animi ſpe & fiducia firmandi: Quæ poſſunt, in melius deflectenda & prudenter interpretanda ſunt ( *Num.* 14. ℣. 7. 8. 9. )

Fama tumultuantis populi prævenienda eſt, nec ibi cunctandum, ubi magis facto, quàm conſulto opus eſt. Legati & Principalium negotiorum apud exteros actores, ſtudiosè quoque cavebunt, ne ex incerto rumore temere arrepta, aut dubia pro certis, ſed verè comperta & cum judicio diſcuſſa ad Principes & Reſpublicas ſuas perſcribant, ne res domeſticæ, ancipitis rei eventu, & ante eventum metu turbentur. Velut accidit cuidam Galliæ Legato, qui Regis ſui nomine poſcens à Carolo V. Ducatum Mediolanenſem, ab eo reſponſum ferebat, ſibi idem placere, quod Regi Galliæ. Hoc ad Regem ita ſcripſit Legatus, quaſi Imperator de Ducatu aſſentiretur; quum tamen ambiguo ſenſu contrarium ſentiret Carolus. ( Vid. plurib. *Loccen*. l. 4. de Repub. ord. c. 13.) Cavendum etiam, ne conſilia arcana in promiſcuam plebem propalentur, adeóque Conſiliarii atque Secretarii os ſuum ſecreto Harpocratis ſigillo obſignare debent. Alias mobile vulgus, ſi quædam emanant, quæ ad circumſcriptionem populi ſpectant, in pejus omnia exaggerare, tumultuſque facilè

cilè oriri ſolent; Non porrò à typographis typis exſcribendi ejuſmodi Scriptores, qui ſomnia ſua fallacia, pro certis rumoribus in præjudicium publicæ tranquillitatis & quietis plebi imperitæ propalare, decretaque publica petulanti lingua ad ſeditionem concitandam traducere ſolent. Denique Novellatores hebdomadarii, qui ſæpius rumuſculos quoſcunque de trivio curioſo vulgo ære ſatis grandi vendunt, probè quoque veniunt obſervandi; nullæque relationes ab ipſis imprimendæ, niſi prius à ſapientibus & arcanorum reip. callentiſſimis fuerint probatæ. Quod de Calendariographis alias Philippus Caroli venâ ſuâ Poetica cenſet:

*Nunquid in Octavo mendacia plura Calendæ*
*Edant, in Quarto, quæritur, an Folio;*
*In decimoſexto mentitos plurima ſeclo*
*Auſpicor, Aſtrologos quoſlibet in Folio:*

id rectè quoque ad mendaces novellarum ſcriptores applicari poterit. Tempore belli Magiſtri Poſtarum artificioſas technas norunt, ut eò formidoloſior ſit fama, quâ

unicè bella ſtant, caduntque. Sæpius ex 1000. Militibus, *nulla* adjecta fiunt 10000. & ita porro. Crediderim, ipſos Regum & Principum Miniſtros interdum hoc Politicum Sophiſma Veredariis in aures inſuſurrare. Fama maximum in bello utique momentum, pavidos in fugam convertit [*Curt.* l. 5. c. 13] Fama bellum conficit, & parva momenta in ſpem metumque impellunt animos [*Liv.* l. 27. c. 45.] Famæ inſerviendum, quæ in novis cœptis validiſſima eſt [*Tacit.* l. 13. Ann. c. 8.] & primis eventibus metus aut fiducia gignitur [l. 12. Ann. c. 31.] Cæſari hæc ratio fuit, ut autoritatem, quâ Pompeius maximè apud exteras nationes niti videbatur, minueret; quum fama percrebuiſſet, illum à Cæſare obſideri, neque audere prælio dimicare (*Cæſar.* l. 3. de B. C. p. 587.) Laboravit quidem Pompeius, ut famam & opinionem hominum teneret (*Cæſ.* l. 3. de B. C. p. 598.) Sola fama ſæpenumero bella conſtant, ac ſæpe etiam, quod falſo creditum eſt, veri vicem obtinuit. (*Curt.* l. 8. c. 8.) Imò ſecuritati par vitium credulitas (*Curt.* l. 9. c. 5.) Et mentiuntur plerunque

runque, qui audita tantum, non viſa referunt; neque id mirum, cum frequenter omni operâ & ſtudio agatur, ut vaniſſima quæque in populum ſpargantur, ut hoc modo miſera plebs ſpe vanâ lactetur: Revocet quis in memoriam præteritos proximos decem viginti aut triginta annos, & ſtupebit figmentorum cumulum, quæ omnia ſub honeſtiſſimo nomine rerum novarum diſtracta fuere. Hoc unicè multis in civitatibus curatum, ut plebs ſpecioſiſſimis commentis animaretur ad expendendas fortunas ſuas pro hac vel illa parte. Cura hic ingens fuit publicè veritatem ignoraſſe. Eo tempore noſtri Germani eò fabularum fuerunt prolapſi, ut in civitatibus ridiculè rerum novarum quæſiverint, quæ veritas placeat, Pontificia an Lutherana? Waß whollet ihr für Zeittung Catholiſche/Lutheriſchhe oder Calviniſche? quaſi quod apud unā partem verū eſt, apud alteram falſum eſſe, atque ſic veritas ſibi ipſi contradicere poſſit. (Vid. *Drexelii* Phaëton. 2. cap. 20. 51. *Philand.* von ſittwalt p. 3. Viſ. 6. p. 376. & ſeqq.)

In ſemeſtralibus Lipſienſibus Relationibus multa etiam referuntur, quæ à vicinia veritatis aberrant; neque etiam Theatrum & Diarium Europæum, neque Mercurius Gallo-Belgicus ſuis carent nęvis; Novellatoreſque ſæpe mendaciorum turbas inflant.

LXV. *Viceſimo ſecundo ad tranquillandas & à turbis conſervandas Reſpubl. non parum conducit*, ſi conſtituti ſint publici Cenſores, qui animadvertant in mores ſingulorum, & contra luxum (qui eſt via regia ad paupertatem) invigilent, qui in conviviis, nuptiis, veſtibus, ædificiis, ſuppellectile, rhedis &c. ſe prodit; libidinem porrò frænent. Cenſura ſcilicet eſt magiſtra pudoris & modeſtiæ, ſacratiſſimumque & maximè neceſſarium in Republica munus, (Vid. Lindenſpür ad Ordinat. Würtemberg. Tit: von Feldſtützlern n. 6. & ſeqq:) quæ etiamnum in bene conſtitutis Rebuſpp. miracula Politica edit. Apud Lucenſes gravis & matura meliorque quam olim Romæ, exercetur Cenſura. Nam hebdomade proximâ ante Paſcha,

quæ ſancta dicitur, qui in hoc conſilio ſunt, certo quodam loco congregantur. Ex iis unuſquiſque ſchedulam, in quâ nomen ejus, quem ille pro homine flagitioſo, civitateque indigno, habet, ſcriptum eſt, in arcam, ad id præparatam, immittit. Quo facto ſchedulæ promuntur, ac ſi forte alicujus nomen aliquoties iteratum legatur, res ad Majus Conſilium refertur, ibique rurſus ſuffragia ineuntur; quibus ſi damnetur, is talis pro homine nefario, & civitate indigno judicatur, ſtatimque eo adhuc veſpere exulare publicâ pręconis voce jubetur. Proſcriptionis verò hic modus eſt, ut intra triennium 50. milliaribus ab urbe abſit, cui ſi contravenerit, capitis pęnam incurrit (*Adam. Contz.* l. 7. Pol. c. 20. § 8. Inclyta Reſpublica Genevenſis pro cenſoribus habet Decemviros, quos ipſi Antiquos appellant; quatuor quidem ex Senatu L X. Virorum, reliquos ex Senatu Ducentumvirorum creare ſolent quaſi Magiſtros morum, qui tantâ ſeveritate vitia caſtigant, ut vix ullum ſcelus tam occultum ſit, quod inultum reperiatur. Nec dubitandum eſt, quin Rempu-

blicam,

blicam, ſi non armis & opibus certè virtutibus & pietate florentem habituri ſint, quamdiu Decemvirorum poteſtatem tuebuntur. His autem Decemviris & Collegio Sacro [Conſiſtorium vulgo nuncupant] Morum Præfecturam ſine cenſu, ſine imperio, ſine juriſdictione mandant; Cenſorum tamen coërctio illa gravis eſt admodum & efficax: Nam qui Collegii Sacri decreto non paruerit, huic omnino interdicitur ſacris; interdictiones aſpernantem perſequitur apud Iudices Religionis procurator (vid. *Hentzner* ; in Itiner. Helvetico & Genevenſi p. 38.) & *Golnitz* in Itiner. pag. 351.) Quam egregiè in Ducatu Brunſvicenſi Cenſura Eccleſiaſtica morum peragatur vid. in Præfat. Ordinat. Eccleſiaſt. Divi Iulii Ducis Brunſvicenſis & Lynæburgenſis. Item, ſub tit: Superintendentur Ordnung & ſub tit: Cenſur, oder diſciplina der kirchen. Similiter an. 1562. Cenſura ejuſmodi eſt Venetiis inſtaurata, Triumviris morum cenſoribus inſtitutis [Vid. *Bodin.* l. 6. de Repub.] Certè non tanta malorum morum ſeges in

orbe

orbe Chriſtiano occurreret, ſi undique Cenſura Nativitatem & Vitam Politicam indipiſceretur. Miniſtri quidem Eccleſiæ, ad ravim uſque, ſatis taxant vitia anti-Chriſtiana, ſed ejuſmodi ſermones ſunt quaſi fulgur ex pelvi; brachium ſeculare ut hic accedat, oportet; Conſiſtorio etenim Eccleſiaſtico niſi accedat illud brachiũ fruſtraneæ ſunt omnes illius reprehenſiones; ac præſertim in Democraticis Rebuſpp. hoc debet attendi, in quibus Libertiniſmus facilius radices agit. In populari Lucenſium Republica magna eſt Cenſorum Politicorum autoritas, bene & tempeſtive providentes, ne præfracti, luxurioſi, prodigi, rixantes & contentioſi novas res moliri, aut tumultus ac ſeditiones excitare poſſint [ Vid. *Septal.* l. 7. de Rat. Stat. c. ult.] Cenſorum autẽ officiũ eſt, ut diligenter inquirant in cujuſlibet privati regimen domeſticum, an Paterfamilias bene perſonæ ac rebus ſuis pręſit; an rectè ſe gerat erga uxorem, liberos, ſervos, ancillas, agnatos, cognatos, & vicinos alioſque Chriſtianos homines; qualis ſit ipſius victus & amictus, an recte utatur, vel abutatur opi-

bus

bus? an culinam & menſam juxta œconomicos cancellos recte inſtituat? Henricus IV. Rex Galliæ aliquando Nobilis ſuperbum & magnificum Palatium intrans, & omnia nitida ac ſplendida deprehendens, tandem etiam in parvam & anguſtam culinam deductus, Rex interrogavit Nobilem: Quare, quum reliquæ cameræ ſint adeo ſpatioſæ, culinam adeò arctam fieri curaſſet? quam quæſtionem ſecuta elegans Oeconomica reſponſio: *Sire*; hæc parva culina in cauſa eſt, quod tam grande potuerim ædificare palatium. Certè ſi luxus menſæ profuſis ſumptibus in Rebuſpp. exercetur, quæ alia ſpes ejuſmodi prodigis, quàm in novis rebus, ſupereſſe poterit? *Tacit.* l.15. Ann.c.50.) Et fiunt in Repub. mutationes, cum homines ſua conſumunt, prodige viventes *Ariſt.* l.5. Pol.) In conviviis ordinariis & familiaribus quantum hodie non deprehendimus luxum? adeò ut, ſi aperto oſtio prætereuntes cenſores hodie (uti apud veteres fieri conſuevit, teſte *Pancirol.* libro primo Rer. Memorab. c. 51. & ibi Salmulth. in not.) animadvertere poſſent, an con-

convivia luxuria diffluerent? nullum ſit dubium, quin officii ſui munia ob tam multos & frequentiſſimos populi exceſſus, haut obire queant. Et quid dicam de extraordinariis, iiſque ſolennibus conviviis, veluti feſtivitatum nuptialium? certè etiam, ii qui in mediocri aut tolerabili vitæ conditione, honeſtâ conſtituti, dum ditiores parum prudenter æmulari omnibus nituntur unguis, ruinæ periculum ſibi non rarò ſtruunt; uti videre eſt in Germania, Gallia, Belgio & alibi. Certè hic apprimè neceſſaria & utilis eſt cenſoria nota, ne novellæ familiæ initia in herba quaſi extinguantur, atque evertantur. Nam

*Collapſa ruunt ſubductis tecta columnis*

Carolus IX. & Henricus III. Galliæ Reges, referente Rebuffo Gallo, edicto cavit, ne in nuptiis aliiſque conviviis plus quàm tria fercula apponantur; quas leges ſumptuarias etiam continuarunt Henricus IV. & Ludovicus XIII. Reges. (add. *Ordinat. VVürtemberg.* Tit. von Hochzeiten und Schenckinnen fol. 30. & tit. ſequ. *Ordinat. Bavar.* de an. 1516. port. 3. fol. 33. Tit.

Verbott

Verbott der groſſen Hochzeit/Kindtmahl/ Todten-Begräbniß.) Edictum Maximiliani I. Imp. contra Germanorum ebrietatem vide apud *Goldaſtum* (Tom. I. Conſtit.Imper. pag. 430.) De veſtium luxu jam ſupra dictum. Hodie in veſtitu non tantum luxuria, ſed etiam mollities, ac deſultoria levitas in omnium incurrit oculos. Graphicè hoc depingit *Scribanius* ( in Inſtit.Politico-Chriſtianâ cap. 15. ) Quot nobiles hodie in Galliâ inſtituuntur, quaſi ad ludum eſſent facti & jocum, veſtitu & ſermone nihil faciunt moderatè teſte Cominæo (l. 1. de Reb. geſt. Lud. XI. ) Mirum ſanè eſt, quod noſtri Germani adeò quoad viciſſitudinem & immutationem veſtium Galliſſent, & ſingulis veluti menſibus in aulis & civitatibus politioribus in varias veſtiũ figuras, inſtar vertumnorũ ſe tranſmutent. O Germania quod hodie jaces, & laboras, debes non minimâ ex parte huic Politicæ peſti! Si ſpectator adhuc in Germania Democritus aliquis, illinc Heraclitus ſederet; nunquam illi, quod rideret; huic, quod defleret, deeſſet.

Dan

Dan trägt man kürtz / dan lange
Rocke /
Dan groſſe Hüt / dan ſpitz wie
Weck /
Dan Ermel lang / dan weit / dan
eng /
Dan Hoſſen mit viel Farb und
ſpreng.

(add. *Lanſ.* in Orat. contra Gall. pag. 328. 329. ) Olim Carolus Mag. Germanos, Gallico more incedentes, ita allocutus: O Ihr Teutſchen wie ſeid ihr alſo unbeſonnen / und unbeſtändig / das ihr deren Kleidung die ihr überwunden habt deren ihr Herren ſeid / annehmet? Iſt nicht ein gut zeichen bedeütet nichts guts. Ihr nehmet Ihnen ihre Kleidung / ſo werden ſie euch euer Hertz nehmen; Waß ſollen dieſe Welſche Flecken und Hadeln / ſeind weder für Hitze noch für Kälte gut / für Regen noch fur wind. Ließ demnach ein Landgebott außgehen / daß

mann ſolche Frantzöſiſche Kleyder in Teutſchland weder verkauffen noch kauffen ſolt / teſte *Aventino* (l. 4. Annal. Bojor.) Quod fœminas attinet, intuere modo capitis integumentum, quàm colore varium & formâ, largum, latum, acutum! quam variè àrs in una cervice ludit! ô nimis doctæ acus libidini ancillantes! nunc colli nuda protrudunt; nunc integram cervicem nudant, humeros etiam & pectus proſpectandum tradunt; quaſi non ſat ignium frons, oculi, vultus jaculetur. Reliquæ veſtes vix pectus claudunt, & nunc in orbem nunc in acutum fi iunt. Manicæ inſuper modò ſunt laxæ, ſtrictæ, arcuatæ, tot liciis ſæpè adſtrictæ, ut quaſi ad indign tionem invicem incumbentia videas. Luxus ejuſmodi Sybariticus paſſim apparet in Gallia, Germania, Belgio & alibi. Ratione quantitatis etiam aurea violatur in veſtitu mediocritas, tam à ſexu ſequiori in veſtitu lineis, quàm à maſculino ſexu. Ita in veſtitu prodigus fuit ille, qui nonaginta novem ulnas ſyndonis illius, quam Cattecam dicunt caligis ſuis infarſit,

infarſit, ut prolixior numerus in auribus tinniret. ( *Lauterbach.* l. 4. Regentemb. c. 10. ) Intereſt porrò ut cenſoriâ virgâ animadvertatur, ne cives gēmis & margaritis promiſcuè abutantur (vid. *Schoock.* l. 3. de Sedit. c. 18.) Mercatores ſæpe ejuſmodi pretioſas res à collo uxorum & filiarum appendunt, ut hac ratione nobiles, ægre hoc ferentes, per illarum emptionem æri alieno ſe immergant; mercatoribus de venditione ſuorum pretioſorum monilium ſatis ſecuris; quod cum verecundetur nobilis facere, gravius affligitur. Mercatoribus certè planè eſſet interdicendum, ne gemmis aliiſque rebus pretioſis faſtum, qui in modo quarto proprii ipſis ferè convenit, præ ſe ferrent; aut pro uſu illarum aliquid in publicum ærarium contribuerent. Porrò magnus etiam luxus in emptione aureæ & argenteæ ſuppellectilis deprehenditur, quem abuſum inprimis Cenſores Rerumpubl. coercere deberent. Man fragt heutiges Tages. Wo bleibt das Gelt? und keiner nimbt faſt wahr / wie viel Gülden und ſilbern

dern Geſchirr allein im Teutſchland verhanden. Wie viel Gulden Ringe/ Gulden und Silbern Degen-Gefaß ſein iezt in Teutſchland / Franckreich und an andern Orten verhanden?
Certè ſi, quicquid fermè in repub. argenti eſt, vaſis aureis & argenteis deſtinatur, ubi tandem manebunt nummi aurei & argentei? Prudentis etiam magiſtratus eſt, attendere ad auri & argenti fabros, ne nimium auri & argenti perdant; ne item argentum adulteretur, ſed purum putum permaneat, quò in caſu neceſſitatis rurſus inde nummi conflari poſſint. Oportet etiam diſpicere, ne cujuſlibet conditionis homines abutantur ejuſmodi pretioſâ ſuppellectile, etiam peripetaſmatis, ſtragulis pretioſioribus, tabulis pictis, ſellis, arcis & ſimilibus. Luſtrentur itaque ſingulorum ædes, exceſſuſque diligenter notentur, & in magiſtratus deferantur notitiam, ut per legitimos tramites modus imponatur, interdum ratione exceſſus mulcta infligatur, venditióque ſuperfluorum præcipiatur. Carrucarum quoque

Ca-

Caroſſen quantus hodie abuſus Viennæ, Lutetiæ Pariſiorum, Romæ & alibi in orbe Chriſtiano? Primus qui Lutetiæ curru vectus eſt, fuit extremo Franciſci I. regno Ioannes Lavallus Boſco Delphinus, propter corporis obeſitatem ad id adactus; tantúmque tunc in aulâ erant duæ carrucæ, uſu ex Italia nuper invecto. Prima dein in urbe fuit Chriſtophori Thuani, poſtquam Princeps Senatus creatus fuit. Hinc ita locupletatus eſt carrucarum numerus, ut, quot Venetiis privatis vehendis naviculæ, tot nunc Lutetiæ carrucæ numerentur, & iis etiam infimæ ſortis homines utantur. (*Lanſ.* Orat. contra Gall. pag. 332. Vid. latius *Thuan.* l. 3. Hiſt.) O utinam Lutetiæ tantum iſte luxus obſervaretur! Exemplo ditiorum, etiam tenuioris ſortis homines famulitium frequens alunt; unde non poſſunt non privatorum ejuſmodi familiæ in ruinam delabi. Illicita porrò Venus hodie adeo extra legis pænam in Italia, Gallia & alibi eſt, ut ferè non amplius vitium reputetur, ipſis magiſtratibus (exempla ſunt odioſa! & paſſim nota) non

recto itinere præeuntibus. De impudicitia Gallicarum virginum vid. *Lanſ.* (orat. contrà Gall. pag. 312. & ſeqq.) ubi de tenuibus lineis tunicis, per quas corpus pellucet. Quot hodie inter Chriſtianas fæminas reperiuntur, qui cum Quartilla Petroniana Iunonis iram ſibi imprecarentur, ſi unquam ſe meminerint virgines fuiſſe; ornantur iſtæ ex tribu levi, comuntur, ſaltant, &, omnia pro ſua cupidine agentes, non raro ex corpore quæſtum faciunt. Romæ & Venetiis, Lutetiæ Pariſiorum & alibi, quis non ejuſmodi impia pariter ac improba *Reipublicæ ephippia* (ut non nemo appellat; rectius proſtibula, & Reipublicæ cadavera) deprehendit? Pontifex Innocentius (ut refert *Matth. Paris.*) valedicturus Galliis orationem habuit ad populum Lugdunenſem, facientę verba Hugone Cardinali; quem non depuduit dicere: Veniente Papâ quatuor ſe reperiſſe lupanaria Lugduni; recedente eo ſupereſſe unum ſaltem, ſed illud ab Orientali urbis portâ ad occiduam extendi. (*Cluver.* l. 9. Epiſt. Hiſt. pag. 537.) Helvetii & Poloni, atque cæteri Septentrionales populi militi-
bus

bus abundant, propter fæcunditatem mulierum ſuarum, maximè quia pauci apud illos monaſteria ingrediuntur, nec lupanaria tolerant, quibus immane quantum ſeminis humani corrumpitur. ( *Campanell.* de Monach. Hiſpan. cap.15. ) Romæ loco Cenſuræ ſunt certi conſtituti, qui à meretricibus vectigal lactis (den Milchzoll) exigunt.

*I pudor in villas, ſi non patiuntur eaſdem*
*Et villa vomicas: Urbs eſt jam tota lupanar.*

Salutares leges; Regum Galliæ contra lupanaria Ludovici S. de anno 1254. Caroli V. de anno 1369. Caroli IX. de an. 1560. & Henrici III. de anno 1586. an adhuc ſint in bono & viridi uſu, obſervare poterunt ii, qui in Gallium itinera ſuſcipiunt.

LXVI. *Viceſimum tertium remedium contra turbas Reipublicæ eſt, ut* Magiſtratus ſacra & ordinationes Eccleſiaſticas probe obſervet, poteſtatemque circa religionem fortiter in manibus, ut Hercules clavam in pugno ſuo tenens, detineat operamque det ne ſub religionis velo &

mantello domi motus excitentur. [Vid. Nov. 3. in Epilog. Nov. 6. l. 3. C. de Alcator. 2. Feud. tit. 27. ut nihil dicam de juris divini textibus.] Etiam τὸ μικρὸν hic per microſcopium quaſi præ oculis habendum, quò omnes, etiam minimæ, turbę ab Eccleſiâ avertantur. De Majeſtatis civilis autoritate, poteſtate & officio circa ſacra omnium optimè peculiari diſſertatione ſcripſit incomparabilis Vir Nobiliſſ. Dn. D. *Conringius*, qui omnes alios longè poſt tergum relinquit. Vt in brevi tabella quaſi hoc negotium comprehendam: Summâ ope niti debet Magiſtratus Chriſtianus; ut Verbum Dei purè ubique prædicetur, Sacramenta ritè adminiſtrentur, omnis idololatricus & adulterinus cultus eliminetur, & Antichriſti regnum tollatur. Non autem ſunt ferenda dogmata Ieſuitarum: A ſolo infallibili Papâ dependere ſacra, eorundemque adminiſtrationem; ærufcationes & rapinę Curiæ Romanæ in benè conſtituta republicâ haut ferendæ; Item tranquillitati Rerumpublicarum è diametro eſt contrarium anti-Chriſtianum dogma; Papam poſſe Impe-

ratores

ratores, Reges, Principes, alioſque Polyarchicos legitimos Magiſtratus excommunicare, deponere & ( ut vocabulo moderno utar ) dethronizare, Subditos à juramento fidelitatis abſolvere, & ſi quæ ſunt alia turbulenta dogmata, ad Rerumpublicarum everriculum & ruinam totalem ſpectantia. Tollatur itaque è Chriſtianis Rebuſpublicis omnipotentia Papæ, autoritaſque illegitima incivilisque Romani Cleri & Cucculligerorum; tollantur tributa ſacra Palliorum, Annatarum, Indulgentiarum aliaque irreligioſa prædandi vocabula; & Cælum totius Chriſtiani Orbis erit valde ſerenum, omnéſque nubes, imò nubeculę tenebroſæ à Sole Veritatis diſſipabuntur, atque evaneſcent. Imitentur Reges & Principes Chriſtiani Romano-Catholici Reges Gallię & Venetos, qui examuſſim ad libellam quaſi & lineam id operam dant, ne Regnum & Reſpublica aliquid detrimenti à ſede Papalinâ capiat. In hodiernum uſque diem Sorbona conſtanter propugnat quatuor hæc dogmata [1] *Non debere Papam imperare Regnis ac ditionibus; neque poſſe Reges exau-*

*ctorare, ac regnis privare* [2] *Concilium ſupra Papam eſſe.* [3] *Clerum Politico magiſtratui ſubjacere.* [4] *Confeſſiones ad Rempublicam ſpectantes evulgandas.* In Gallia, ſi libri prodeunt, in quo contrarium docetur, ſolent interdum manu carnificis comburi. Prudenter in hoc articulo magni momenti monet Martinus Schoockius: *Principum (qui in obſequio Papæ adhuc perſeverant) intereſt plurimum, ut in ſuis ditionibus foveant Evangelicos: Cum enim ipſorum doctrina nihil complectatur, quod Regimini Politico ulla ratione præjudicioſum ſit, ipſorumque doctrina eò vergat, ut in negotio ſalutis nihil homini, ſed in ſolidum omnia Deo ejuſque gratiæ (interveniente Chriſto, tanquam cauſa meritoria) tribuantur; nulla eſt ratio, cur Principes, qui volunt haberi Catholici, ſuis regionibus eos exterminent; maximè quod per illos inſolentia Cleri, qui geſtit ſe obſequio Magiſtratus civilis ſubducere, in ordinē redigi poſſit.* Hæc Schoockius [l. 3. de Sedit. c. ult.] Quod ſi itaque aliquid in Eccleſiam, in Republica hærentem, ſive quoad doctrinam, ſive ceremonias irrepat, quod juxta regulam

regulum Verbi Dei & ſanam rationem Reformatione indiget, ipſe Rex, Princeps aut quilibet ſupremus magiſtratus ejuſmodi negotii cæleſtis principalis debet eſſe Rector; conciliiſque miniſtris Eccleſiæ præſideat, omnia *pro & contra* [ ut loquimur ] audiat expendat, atque determinet ? ut reipublicæ Eccleſiaſticis turbis, quæ etiam regimen civile confundunt, eò citius occurratur. [ add. 2. Chron. c. 13. 2. Reg. 12. 2. Chron. c. 24. 2. Reg. c. 24. 2. Chron. c. 29. 2. Reg. c. 34. & 35. Dan. 3. v. 29. cap. 6. v. 25. 26. 2. Reg. cap. 11. v. 17. 1. Sam. 6. v. 14. cap. 17. v. 2. 18. ) Rectè itaque atque Chriſtianiſſimè fecerunt ſuperiori ſeculo Proteſtantes, cum emendationem ac repurgationem Eccleſiæ Chriſtianæ neque ab ipſo Cæſare, neque à pio & libero Chriſtiano Concilio impretrare poſſent; quod ipſi tandem vigore Iuris Territorialis & Regalis Chriſtianiſſimam ſuſceperint Reformationem, unicam ſalvificam Religionem Servatoris noſtri IESV CHRISTI ſincerè, omni fermento expurgato, reduxerint, omneſque ſuperſtitioſas ceremonias, Paganiſmum

ſapientes, item alia temeraria inſtituta, ſuperbiam & avaritiam Papæ & Cleri Papalini redolentia aboleverint, Chriſtianamque religionem puriſſimam niveque candidiorem effecerint. Adhibendi autem in Reformationis religioſæ negotio ſunt in conſiliū Theologi pii, probe docti, manſueti, non fervidi, qui inſtar Thracicorum agricolarum, non tam cultello inutiles vitium ſtolones abſcindunt, quàm eas ipſas falce ad radices uſque exſtirpant. Opus eſt hic Theologis, qui Philippo Melanchtoni, Calixto, Dilherro, & Duræo, ſunt ſimiles. Furioſi & turbulenti Doctores Pythagoræ Sanctum Silentium colant; contra verò moderati, modeſti, & qui orbem religioſum probè habent cognitum atque perſpectum, in conſiliis ſacris prævaleant. Vt autem eo melius turbæ Eccleſiaſticæ præcaveantur, prohibendæ ſunt in Scholis omnes diſputationes inutiles, religionem concernentes. Videatur hac de re optimum Conſilium B. Doctoris Calixti in Miſcellaneis Orat. Poſthum. pag. 25. 26. 27. [ add. l. 4. in princ. C. de Summ. Trinit. c. 2. §. Inhibemus. de Hæreticis. in 6. *Rittershuſ.*

*terſhuſ.*l.6. D.ff. Iur. Civ.& Can.c.12.]

*A Doctore glorioſo,*
*Et Paſtore contentioſo,*
*Et inutilibus quæſtionibus,*
*Liberet ſuam Eccleſiam Domicus.*

Iam olim Megalander Lutherus prædixit: Sie ( die Theologi ) werden bald nach Unß/wrden eine newe. rixoſam Theologiam anrichten / Chriſtum und ſein Werck auß den Augen und Gedancken laſſen/und von unnöthigen und ungewiſſen dingen gefehrliche Diſputation, und ſchädlich Pfaffengebeiß/ und ün aufflößliche Fragen fürgeben. Nimirum ut corporum quidam morbi certis temporibus interveniunt; ſic morbus animorum eſt, ut diſputare & quæſtiunculis laſcivire homines malint, quàm piè vivere: Ac prurigo de religione differendi & litigandi, quæ peſſimum & viliſſimum quemque tenet, cauſam bellis domeſticis dedit, & dabit. Mutuam concordiam Chriſtus ſuis abiens ſeriò commendavit; non multos eſſe Doctores debere, ſed unum Ieſum Chriſtum. [*Matth.* v. 8.*Io-*

8. *Iohan.* 14. v. 27. cap. 13. v. 34. 35. cap. 15. v. 12. 17. cap. 17. v. 21. & ſeqq. cap. 20. v. 19. 26. *Matth.* 5. v. 9. 1. *Iohan.* 3. v. 23. *Iacob.* 5. 21. *Epheſ.* 3. v. 17.] Quid dicam de improbiſſima illa calumniandi libidine, quæ clericis hodie totos ſermones ſive conciones implet? cum deberent diſſentientes placare, ut fratres, monere, ut homines, objurgare, ut errantes, atque ſparſo humanitatis ſale contradicentium argumenta diſſolvere [Vid. plurib. *Piccart.* in Obſ. Hiſt. Pol. 17. cap. 1.] Fieri poteſt, ut ſatyræ iſtæ, invectivæque ex ſuggeſto orationes apud vulgus aliquid valeant, cujus aures ad Rhetoricā arrectiores ſunt, quam Logicam. Actum certè erit de ſalute Patriæ noſtræ, niſi Principes Rerumpublicarumque Rectores mentem manumque admoveant, ſeduloque factioſæ linguæ hominibus diſputationes ac ſermones, odia multiplicantes, & nulli inſervientes interdicant: Ex his enim odia illa, quæ nos ab omni charitate alienos reddunt; ex illis tandem factiones, inſidiæ, conjurationes, bella, proditiones, & id genus alia. Hinc illa famoſa Pariſienſis laniena; Exinde illa

ſulphu-

ſulphurea in Anglia conjuratio, de qua ipſe Iacobus IV. libellum conſcripſit. Cauſa diuturni belli civilis, Germaniæ noſtræ faciem deformantis, etiam ex hoc fonte profluxit. Vnde etiam ſæpius in Receſſibus Imperii, & noviſſimè in Inſtrumento pacis [art. 5. §. 17.] ejuſmodi conatus, & improvidus cæcuſque Zelus prohibentur: Imprimis caveat prudens magiſtratus, ne nova dogmata, Verbo Dei diſſentanea, in vulgus diſſeminentur. Inde enim [annotante Dn. *Schoockio*] tres oriuntur factiones. *Prima factio* illius eſt, qui dogma novum introducit: Hinc enim, dum à ſua ſententia nova diſcedere non vult, fit, ut plures, novarum rerum cupidos, ſectatores quærat, & inveniat, etiam in populo: Nam amicus amico, vicinus vicino, propinquus & affini alteri, perſuadet, ut Novatori accedat. *Secunda factio* illorum eſt, qui receptas novas opiniones impoſterum propugnare atque defendere ſunt parati. *Tertia pars* eorum eſt, qui neutri parti accedunt; quæſtionem indifferentem eſſe judicantes. Hæ tres partes in Eccleſia formatæ mirum quantum

turbant pacem Eccleſiaſticam. Hinc non templa ſolum, ſed & balnea, non Scholæ tantum, ſed & Gynæcea, aulæ, fora, compita, naves, plauſtra, domus, thori, diverſoria, convivia plena contentionum. Tunc non viri ſolum, ſed & fœminæ, non docti ſolum, ſed & olerii, nautæ, fabri, aurigæ Theologos agunt. Exemplum de Arrianiſmo affert *Schoockius* [l. 3. de Sedition. c. ult.] Ad tranquillitatem Eccleſiæ porrò conſervandam, & ad Novatorum turbas evitandas, apprime utile eſt, ut Miniſtri Eccleſię, & Doctores Theologię in Academiis, ad certas loquendi formulas [quod credenda attinet.] adigantur, quamvis ille modus explicitè in Sacro Dei Verbo haut occurrat. Sufficit enim ſi conſenſu Eccleſię orthodoxæ ſit pie receptus, uti v. g. vox ὁμοούσιος contra Arrianos in Synodo Nicæ-vâ universali recepta, & in hodiernum uſque diem in Eccleſia Apoſtolicâ Chriſtianâ conſtanter, conſtantius & conſtantiſſimè approbata. Inſuper etiam Chriſtianiſſimorum Magiſtratuum circa ſacra ſedula cura & providentia eſt, ut miniſtri pii, docti, modeſti moderati, reipublicæque minimę

nimè graves & moleſti ad annunciandum Dei Verbum eligantur. Tollantur hinc in nonnullis etiam Proteſtantium locis Generaliſſimorum ac Generalium Superintendentium nomina, militare & profanum faſtum ſpirantia: Nullus Miniſtrorum per *Genitivum*, & *Dativum*, ſed per *Nominativum* aut *Vocativum* [ut ſic dixerim] vocatus ſacrum ſuggeſtum adſcendat, quod vitium [hodie proh dolor! validiſſimum] non tantum Eccleſiam ſed etiam Reſpublicas Chriſtianas mirum quantum affligit. Exempla multa hoc loco referre poſſem; ſed veritas parit odium! Præterea ad evitandum populi odium bona Eccleſiaſtica non in fiſcum, ſed in pios Eccleſiarum atque Scholarum uſus convertantur. Quantopere nonnulli Principes Germaniæ in hoc articulo lapidem offenſionis poſuerint, exponunt illi qui de bonis Eccleſiaſticis (Kirchen-Gütern) eleganter ſcripſerunt. Die Heiligen holen allezeit das Wachs wieder/ Germanorum proverbium tritum eſt. Neque porrò popularis ſive democratica regendæ

Eccleſiæ forma tranquillitati rerumpublicarum conducit, adeóque *Independentes* ſuffragium multitudinis in Electione Miniſtrorum Eccleſiæ urgentes, in Anglia & alibi non attendendi. Prima quidem Eccleſiæ tempora à presbyteris ſolis & poſtea unius ex eorum Collegio præcipuæ autoritatis adſcitis ſuffragiis plebis fuerunt gubernata. Sed hoc aliter fieri minimè poterat Imperatoribus non-Chriſtianis ſæviſſima tyrannide primitivam Eccleſiam prementibus. Poſt tempora verò Conſtantini M. popularis iſta Eccleſiaſticæ rei forma deſiit, & in paucorum manus tranſiit, Principe, Eccleſiæ cuſtode atque nutritio ſupremam inſpectionem ſibi reſervante; quæ norma etiam hodie in Chriſtianis Rebuſpp. quamplurimis prudenter obſervatur, ſupremam ſcilicet ne, ſupremam ad turbas evitandas, turbis electio haut concedatur. (add. *Bentivoglio* in Rel. de Hugon. & in Relat. de Belg. Hiſp. p. 2. cap. 4.) Rituum quoque & ceremoniarum varietas aut mutatio, ne turbas det diligenter à providis magiſtratibus cavendum, ſæpenumero (ait *Socrates* l. 5. Hiſt. Eccl.

Eccl. cap. 21. ) qui in eadem fide conſentiunt, iidem in ritibus & cæremoniis invicem diſcrepant, unde ex diſparibus ritibus diſſenſus Eccleſiarum haut arguendæ. Mutua tolerantia hic prora & puppis eſt; & *quod neque contra fidem, neque contra bonos mores injungitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum, inter quos vivitur, ſocietate, ſervandum*, inquit *Auguſtinus* [ Epiſt. 118. ad Ianvarium. ] Etiam in eo Magiſtratuum Chriſtianorum curæ evigilare debent ne Profeſſores Theologiæ & Philoſophiæ juventutem ſtudioſam per contentiones rixoſas atque vehementes, nova & inutilia dogmata ( quorum affirmationes vel negationes ſine crimine eruditâ cum inſcitiâ neſciuntur ) in partes diſtrahunt. Theologorum Wittebergenſium & Helmſtadienſium quanta hodie in multis diſſenſio? ſerráque contentionis non ita pridem inter Wittebergenſes & Pl. Reverendum Theologum D. Fridericum Vlricum Calixtum reciprocata; ut Divus Fridericus Wilhelmus Dux Saxo-Altenburgicus autoritatem ſuam interponere ha-

buerit neceſſum. Controverſia nupera inter Cl. Dn. Contingium & Dn. Waſmutium Profeſſ. Chilonienſem non parum etiam multorum diſtraxit animos; ut jam de aliis taceam *Thamiſtæ*, *Scotiſtiæ*. Ramiſtæ, Ariſtotelici, Cartheſiani aliique contra illos inſurgentes Philoſophi, quantas animorum diſſenſiones in Academiis non excitant? Ita in infelicibus horum temporum contentionibus & rixis, haut doctis dictis certatur, ſed maledictis, non ex jure manu conſertum, ſed mage ferro rem repetunt, regnúmque petunt, vadunt ſolida vi. Und ſolte ſich auch mancher bey ſeines geweſenen Præcptoris übeln Meinung wohl gahr Todt ſchlagen laſſen: uti multa duella Academica proh dolor! ſatis teſtantur redduntque manifeſtum. Nocet certè nobis plurimum, quod legem nullam habemus, qua jubeamur aliquid celare alios, quæ ſanè utiliſſima foret. At jam in Germania omnia propalantur & divulgantur unde factum eſt inibi, ut quilibet ſibi nova Biblia cudat, ut loquitur

*Cam-*

*Campanella* [c. 30. de Monarch. Hiſpan.] cujus tamen verba cum micâ ſalis accipienda. Prohibeantur itaque Theologorum inutiles rixæ & ſuperfluæ contentiones, quibus tantum abeſt ut mitigentur mala publica, ut potius iis exaſperentur. *Malo* [ait D. *Calixtus* in Select. Epiſt. Richteri pag. 118. *à Theologo Scripturarum ſenſus perſpicuè explicari, hiſtoriam & antiquitates Eccleſiæ illuſtrari, doctrinæ capita ſolidè probari, quam diſſentientes quoſcunque convitiis proſcindi, aut Inferis devoveri.* Interdicantur porrò tam Theologis quam Philoſophis quæſtiones Scholaſticæ Quodlibeticæ nullam aut exiguam utilitatem, ſed potius plurimum contentionis parientes: Scripta polemica & criitca (da einer den andern mit derin die Feder gegebener Zunge die Haut vollſchlegt) inhibeantur: Hæreſes in republica exorientes redarguantur verbis [ut ſic dixerim] charitativis: Hæretici turbatores coerceantur; quo verò genere pænę alibi dictum [in Tractatu de Quatuor Element. Iurid. Tit. 2. de Igne.]

Ana-

Anabaptiſtæ , Iudæi , Quackkeri & alii phanatici homines anguſtiſſimis Politicis cancellis includantur. Permoleſti enim ſunt ejuſmodi hoſpites , qui partim hoſtes ſunt omnium Chriſtianarum Rerumpublicarum , partim opiniones habent nimium aptas turbandis civitatibus. Certè magiſtratui commiſſa eſt tutela pacis publicæ, adeóque non debet tolerare eos, qui ſpargunt dogmata ſeditioſa, quæ diſſolvunt civiles in Rebuſp. ſocietates , qualia ſunt illa Anabaptiſtica de communione rerum, de non exercendis judiciis, de non adeundis magiſtratibus *&c.* O Anglia quot tot tantiſque fluctibus turbida exiſtas , debes huic civili peſti ! Quantas tragœdias ſuperiori ſeculo Anabaptiſtæ Monaſterii in Weſtphalia excitarint , notum eſt ex Sleidano, qui etiam pœnas Ioannis Leydenſis, Crechtingi & Knipperdollingi exponit. Quod ſi vero ejuſmodi phrenetici homines , quorum cerebrum Enthuſiaſticus circumagit ſpiritus exoriantur ( ut ante paucos annos adhuc Lubecæ contigit ) ſtatim & è veſtigio ( ne rerum ſacrarum imperi-

tos

tos turbent) tanquam furioſi in carcerem (Dolhauß) compingi debent, ut ibi ſomnia ſuæ per ſomnos oblivifcantur. Blaſphemæ porrò doctrinæ contra SS. Trinitatem, ac Servatoris Divinitatem ab omnibus magiſtratibus arcendæ ac ſeverè puniendæ. Hoc natura ſcripſit in omnium ſanorum ſenſibus, adeoque illud ipſum non ſolum conceſſum, ſed etiam mandatum eſt magiſtratui. Pii tutelam; impii pœnam improbis facinoribus dignam merentur. Turbidi Sacri Miniſterii Candidati porrò non admittantur, aut ſi ab initio tales non fuerunt, ſed poſtea turbis concitandis à maligno & nequam Spiritu inſtigentur, aut plane ab officio removeantur, aut alio Politico remedio intra modeſtiæ pacificos cancellos coerceantur. Experientia proh dolor! nimium quantum teſtatur, etiam Angelos Pacis Verbi Dei Miniſtros non raro concitare turbas, conſcientiaſque auditorum rectas in erroneas transformare; quod quanto cum detrimento Reipublicæ conjunctum ſit, nemo non videt. Præſertim autem in Papatu

patu Ieſuitæ impii ſunt turbarum civilium artifices & concitatores, id quod Gallia, Germania, Polonia, Anglia aliæque Reſpublicæ Chriſtianæ ſatis ſunt expertæ. (Vide *Caraffa* Germaniam Sacram Reſtauratam, *Alphonſum Vargas* ſive Caſpar. Scioppium, de Stratagematis Ieſuitarum, & Scripta, *Romani Hay*, Capuccini, contra Cruſium Ieſuitarum alioſque, ut in ſpecie de concitatoribus Germanici tricennalis Belli nihil dicam. Denique ſi novæ de negotiis religionis jactentur ſententiæ, earum examen piis, moderatis, & doctis Theologis à Politico Magiſtratu committatur, Synodi Nationales ac Provinciales [quum ob Papæ Hieromonarchiam univerſale Chriſtianum Concilium facilius optaveris, quàm ſperaveris] inſtituantur, omniaque ita tractentur, ne conſcientiis vis violenta inferatur; Secus ſi fiat, motâ religionis ſacrâ anchorâ movetur ipſa Reipub. navis, id quod ſuperiori ſeculo ſub Carolo V. & hoc ævo ſub Ferdinando II. res geſtæ inter Proteſtantes & Catholicos, eheu! ſatis ſuperque edocent. Quantæ turbæ ſub Henrico III. Rege

Galliæ ob exercitium tyrannidis ſacerrimę in conſcientias Hugonottarum fuerint exortæ, vide ſis apud Thuanum, Galliæ Livium, lib. 78. Hiſtor. Ad ſopiendas verò contentiones religioſas in Synodis, Magiſtratus partes ſunt [1] ut ipſe, exemplo Chriſtianorum Imperatorum, Concilia ſacra convocet [2] iis præſideat [3] quid ibi rerum agatur, cognoſcat, [4] exorbitantes & tumultuantes in rectæ rationis gyrum reducat, [5] de actis ſynodalibus judicet, & denique [6] Synodorum decreta, inſpectis rebus omnibus, rationibuſque ſubductis, edicto confirmet, atque iis firmiſſimum executionis robur addat. His probè obſervatis, nullum eſt dubium, quin Navis Eccleſiæ non tantum in portu conſiſtet, ſed etiam mediis in undis ſemper tranquilla erit. Ex hactenus adductis ſatis liquet atque conſtat, quam magnis mentibus Rerumpublicarum corpora ſint animanda, ut nubibus diſcuſſis cæli Politici facies ſemper ſit ac maneat ſerena.

---

MEM.

# MEMBRVM III.

## *Regulas à Magiſtratu Politico in turbis domeſticis obſervandas, repræſentans.*

I. OCcurrentibus in Republica ſeditionibus [a] *Magiſtratus* has Politicas obſervent regulas [b](1) *Sint intrepido vultu* robur & æs triplex circa pectus gerant, *& conſtantem conſtantiam pro muro reputent.* Lipſii aureus libellus de Conſtantia, ſi in ullis aliis negotiis cum publicis tum privatis, certè in hoc arto ſalutis exitiique confinio in bonum uſum deducatur, theſeſque Lipſianæ ad hypotheſin transferantur. Certè non minimum periculum eſt iis, qui maximè timent, multiſque ipſum timuiſſe nocet. Seditioſi terrent, niſi paveant; ubi pertimuerit, impune contemnas (*Tacit.* l. 1. Ann. c. 29.) [c] (2) Obſervent in praxi & vitâ civili utiliſſimum

a *Regulæ tempore ſeditionis à magiſtratu obſervandæ.*
b *Prima Regula.* c *Secunda Regula.*

liſſimum & maximè ſalutarem Ovidii verſiculum:

*Principiis obſta; ſerò medicina paratur*
*Cum mala per longas invaluere moras.*

*Seditionis* peſtiferum *malum* naſcens ſive initiatum facilius opprimitur, ſerpens ac vires adſumens fit robuſtius, & tandem conſummatum. Seditionis non remedia, ſed principia majora eſſe graviter ait *Curt.* (l. 9. c. 4.) incipienſque adhuc & nondum adulta melioribus conſiliis flectitur. (*Tacit.* l. 1. Hiſt. 31. c. 33.) Ipſa principia ſi abſcindat magiſtratus prudens, multo facilius civitas in eum ſtatum reponitur, in quo ante ſeditionem fuit. Etenim nunquam ad ſeditionem pari conſenſu multitudo prorumpit, ſed incitantur à paucis, qui vitiorum ſcelerumque impunitatem ſperant, dum peccant cum plurimis. Incipientibus itaque turbis obſtruendæ ſunt viæ: Cùm enim ſemel ejuſmodi incivilis materia radices egit, tanquam congenita ægritudo difficilis eſt extinctu.

Wen daß Füncklein erſt herfürbricht/
Ein Finger es gar leicht erſtickt/

Wens

Wens aber die Flammen erhebt/
Vnverhindert herumbher ſchwebt/
So leſt es ſich nicht treiben ein
Floß gleich herdurch Beid Elb
und Rhein.

Exorta ſuperiori ſeculo Gandavi in Flandriâ ſeditione Carolus V. Imp. incredibili celeritatę & aſtu Politico per Galliam tendens malum iſtud in herbis extinxit, ne amplius creſceret, & ad injuſtam maturitatem perveniret. Maturato hic opus, dieſque rerum verbis non ſunt terendi. Eß iſt ein iede viertel ſtunde/ ia ein ieder moment und Augenblick einem Regenten ſchädlich. Momenta hic horas; horæ diem rapiunt; Dies verò initiant, hebdomadæ, menſes & anni turbas civiles conſummant. Canis itaque feſtinans [ut proverbium hoc ad civile hoc negotium applicem] hic nunquam cęcos parit catulos: Et *ſemper nocet cunctatio, cum perniťioſior eſt quies, quam celeritas* [Tacit. l. 1. Hiſt. c. 21.] Seditionis incrementa ſpem medelæ abſorbent, aut eam difficiliorem reddunt, rebellioneſque vipera-

rum

rum naturam referunt, quę ab ortu facillimè ſuffocantur, cum temporis curſu difficulter vincendæ. Prudenter ſanè Cicero initiis conjurationis Catilinariæ ſeſe oppoſuit: Mahometh ſuo manipulo furum in initio facilè reprimi potuiſſet, ſed Heraclius, ſub quo cæpit, neglexit, & Saracenicum regnum tandem ita firmatum, ut in hunc uſque diem toti Chriſtiano orbi ſit metuendum. Quod ſeditio in herba [quod dicitur] ſit opprimenda docetur apologo cucurbitę & pinus. Sata enim olim fertur cucurbita juxta arborem pinum; quę ramis magnis & patulis jam conſtabat. Cucurbita verò cum multis pluviis atque cæli temperamento creviſſet, laſcivire cæpit, & ramos latius porrigere; jamque ſerpebat in pinum, ramoſque ejus involvebat, ampliora folia, candentes flores, pręgrandia poma & vireſcentia oſtentans; tantoque faſtu intumuit, ut pinum auſa ſit aggredi: Vides, inquit, ut te ſupero, & jam jam ad cacumen conſurgo. Sed pinus, quę ſenili prudentię & robore pollebat, nihil morata inſolentiam, reſpondit tantum: Ego hic multas hyemes,

æſtus,

actus, variaſq; calamitates pervici, & adhuc integra perſiſto; tu verò ad primos rigores minus audaciȩ habebis, cum & folia concident, & viror omnis aberit. Sicque contingit plures eſſe ambitioſos cucurbitas, qui regna & reſpp. annoſas aggredi conantur. Sed tamen habent plus animi, quàm roboris; ideo brevi decidunt & areſcunt, ſi factioſis reſiſtatur. Sed cunctandum non eſt, & extinguenda, ut apparet, ſcintilla. [*Richter* in axiom. Polit. 204.] Waß in innerchen Unruhen anfenglich nur einer *Hand*breit ſcheinet/ wird durch auffrühriſche Geiſter alß durch einen ſtarken Wirbel-Wind nachmals ſo vergröſſert/daſſ es gleichſam den gantzen *Himmel* bedecket; drumb muß mann es bey Zeiten untertrucken. [a] [3] *In Polyarchicis* porrò *rebuſpublicis* ſive ſint ariſtocraticȩ ſive democraticæ aut ex utriſque mixtȩ, ***apprimè ratio ſtatus in hoc dubio articulo rerum exigit, ut magiſtratus inter ſe ſint concordes;*** animique eorum triplici, ſeptemplici, imò

a *Tertia Regula*.

imò Gordio quaſi nodo ſint invicem obſtricti. Eß muſſen die Hochgeehrten Regimrnts-*H*äupter alle für einen Mann ſtehen. Bonum publicum, privatis ſimultatibus hic non impediendum, ſed privata odia publicis utilitatibus ſunt remittenda [ add. Tacit. leg. 14. Ann. capit. 38. leg. 1. Ann. capit. 10. ] Profuit certè hoc inclytę Mæno-Francofurtenſi Reipublicæ, quum anno *1616.* Vincentius Fetmilch ibi peſtiferas turbas contra Senatum prudentem & providum moliretur. Ita prudenter etiam Cicero, quum Catilina contra Rempubl. conjuraſſet, Collegam Conſulem, multa aliàs in remp. molientem, ut incendium patriæ reſtingueret, ſingulari arte non Pelaſgâ aut Etruſca, ſed verè Politica, nempe patientia atque obſequio mitigavit ( vid. *Cicer.* Orat. in Piſon. & Philipp. 2. ) (4) [a] Inſuper Magiſtratus cautio eſt, ut in urbibus inurbanis, in quibus cives turbas moliuntur atque excitant, præſidia fida certis fixiſque in locis diſponant. Vti enim tempore in-



a *Quarta Regula*

cendii, quando rapidus ignis urbes & ædificia corripit, hoc inſtitutum in bonis conſtitutis Politiis [ v.g. *Argentorati* vel noviſſimo exemplo, quando anno 1673. Pons Rheno inſtratus à Gallis hoſtilem in modum injecto igne conflagraret; etiam Genevæ quum ibi anno 1670. Pons Rhodani cum adjacentibus ædificiis igne horribili abſumeretur ) recte obſervari ſolet; ita etiam idem exoriente in republicâ ſeditionis flamma atque incendio, quando ſævit animis ignobile vulgus, faces volant, ignisque furoris in furibundis populi animis eſt accenſus, in praxin eſt deducendum. Exemplo hic præit Cicero, qui, quum Catilina furere inciperet, per totam urbem diurnos nocturnoſque vigiles diſpoſuit, earumque curam minoribus magiſtratibus demandavit. Idem anno 1662. Groningæ ardente ibi Schulenburgiana contra magiſtratum conjuratione, à Sereniſſimo Principe Gubernatore Dn. Wilhelmo Friderico obſervari, ipſemet vidi, poſtquam ſingulari ſtratagemate de quo vid. part. 4. Theſauri Rerumpubl. quem haut ita pridem in lucem edidi) aliquot millia

millia equitum & peditum nocturno tempore per portam D. Marię ( durch die Aapforten ) dormientibus ſeditioſis civibus, feliciter introduxiſſet: quo facto cecidit furor inſolens, und iſt den ſchulenburgiſchen adhærenten der Muth gefallen. Multiplicatis excubiis tum ſepta urbs, eaque occupatis portis atque vallis in cuſtodiam data. Volitarunt tum per plateas & fora equites pediteſque, quibus maximè fidebat Princeps Naſſovius, civili & militari providâ prudentia nemini ſecundus; qui ante paucos annos infelici fato [ dum minor ſclopus, ſive piſtoletta, præter opinionem caſu exonerata, plumbum in os atque guttur ejaculavit] obiit. [5] [a] *Cavendum* porrò *ne in urbem tumultuantem promiſcua multitudo ex agro & municipiis proximis confluat.* Quam maximè hoc promovit furibundi Catilinæ conatus, quod probroſi, petulantes, egeni, ac flagitioſi homines Romam tanquam in ſentinam confluxiſſent. Quum anno 1662. Gerrit Hermanß Tribunus

Q 2 ple-

[a] *Quinta Regula.*

plebis Groningę inter præcipuos Schulenburgii aſſeclas capitis pæna afficeretur Senatus Groning. cum prædicto Gubernatore ſuo id dederũt operá, ne cives ſuſpecti, domo egredientes, globatim ſive turmatim in plateis congrederentur; portæque, adductis pontibus penſilibus, durante ſupplicio, manſerunt clauſæ. Prudenter! Et alias, generaliter loquendo, urbes, quas promiſcui homines frequentant & inhabitant, facilè mutationes admittunt atque recipiunt; neque quiſquam illic tanquam pro patria, pro aris & focis arma ſumit. [Vid. Thucydid. lib. 6. Bell. Pelopon.] Neapolitana ſeditio, ſub Maſaniello orta, nunquam tantas vires ſumpſiſſet, niſi ex contermino agro viciniſque municipiis & urbibus, in urbem Neapolitanam factus fuiſſet maximus hominum concurſus, præcipuè capite cenſorum [ *Banditen* vocant] & ex infimâ plebe, quos homines non tam prætextus libertatis, conſervandæ quam ſpes prædæ rapiebat tranſverſos. **Wie eß bey Fewerß brunſten dreyerley leute gibt/ etzliche die löſchen /. andere**

**die**

die zuſehen/drittens welche ſtehlen/ alſo gibt es auch in Auffruehren und Bürgerlichen Unruhen dreyerley Leute/ etzliche ſein Neutraliſten/ ſo die Burgerlichen Flamme anſchawen/ und nicht löſchen; die meiſten gieſſen oel zum Fewer/ und verbrennen ſich untereinander; etzliche aber rauben und plündern der reichen Heüſſer.

I I. Seditione verò in Civitate ſurgente, indieſque latius ſerpente, Politici & rerum gnari, ſalutare eſſe cenſent, ſi vir pietate ac meritis gravis, ad inſtar Menenii Agrippę apud Romanos, aut Petri Eiſſingii apud Groninganos inſuper ſeditioſis gratius, ad turbidorum pectora demulcenda ablegetur. Menenii Agrippæ efficacem fabulam, ad concordiam Plebi Romanę perſuadendam vide apud Livium [ l. 2. cap. 33.] Val. Maximum ( l. 8. cap. 9. ] & Forum [ l. 1. cap. 23. ] ubi Rupertus in notis Politicis ad hunc locum obſervat *tria potiſſimum in eo requiri, qui ad conciliandum diſſidentes partes legatus ſit* [ 1 ] *Vt gratiâ polleat apud* eam partem ad quam mittitur. [ 2. ] *Vt*

*facundus ſit.* [3] *Vt communi prudentia polleat* Das er belibt / beredt und von groſſen verſtande. Adeo magna res eſt eloquentiâ cum probitate & benevolentia conjuncta, Petrus Loredanus, Venetus, nauticę turbę tumultum compreſſit, ad quam nemo Senatorum progredi audebat (*Bodin.* l. 4. de Rep. c. 7.) Nimirum eloquentia ſeditioſos ad meliora & ſaniora conſilia revocat, mucrones, ac civilis profundendi ſanguinis cupiditate furentes inhibet. (*Val. Max.* l. 8. c. 9.) Mittantur itaque in hoc rerum turbido ſtatu viri boni arctius in vulgus grati, facundi, quibus adſit mulcendi vulgum autoritas [*Tacit.* l. 1. Ann. c. 28. l. 3. Hiſt. c. 10. l. 15. Ann. c. 3. Vid. Act. 19. v. 35.] Coſſus notę facundiæ dicendi arte militis animum mitigavit [*Tacit.* l. 1. Hiſt. c. 69. l. 4. Hiſt. c. 73. l. 2. Hiſtor. c. 29. l. 3. Hiſt. c. 81. & in Orator. c. 31.] ac Cicero Conſul eloquentiâ ſuâ conjurationem Catilinariam in herba extinxit. Injuſti Quirites qui manui tantum, non linguæ triumphum decernitis. Scilicet ſeditioſi

--- *Pie*

*--Pietate gravem ac meritis ſi fortè virum quem*
*Conſpexere ſilent, arrectiſque auribus adſtant,*
*Ille regit dictis animos & pectora mulcet.*

Erat olim Florentia univerſa in duas factiones diviſa, quarum una à Monacho *Monialis* altera à rabie, quâ inſanire videbatur, *Rabioſa* vocabatur. Ventum eſt ad arma & victi Moniales, inter quos erat etiam P. Antonius Soderinus, ad cujus ædes diripiendas, cum concurrerent victores forte domi erat frater, Epiſcopus Volateranus. Is audito tumultu, indutus Epiſcoli habitu, & Pontificiali mitrâ reverendus ad armatos prodiit, & cum vultus reverentiâ tum gravitate atque eloquentia eos continuit, ne domum fratris diriperent [*Boter*. 5. de Rat. Stat. 8.] Res profectò admirabilis! poſſe efferatos animos, vi & armis invictos, apta oratione mulieri [*Forſtner*. in Hypomnem. Pol. 7.] Populus cum turget & incidit in iram inſtar vehemētis ignis non poteſt extingui: Si autem illo incenſo, quis laxās cedit molliter, facile ejus ſpiritum exhalabit: Eſt in mul-

titudine miſeratio, eſt & magna miſericordia; aut ſervit humiliter, aut imperioſè dominatur, aut ad initar equi indomiti rurſus in gyrum rectæ rationis molli eloquentiæ freno reducitur. Inprimis autem Miniſtri Verbi Dei facundi & diſerti ad compeſcendos homines turbidos plurimum poſſunt, quos à Deo miſſos populus ſemper ſingulari reverentiâ excipit, atque proſequitur. Ita Hoexiorum & Cabellaviorum factiones Ioannes Brugmannus Monachus Franciſcanus eloquentiâ ſuâ admirabili ſuſtulit [ Vid. Pontanum. l. 9. Hiſtor. Geldr. ad an. 1464. ] Cardinalis Filomarino & ſimul Archiepiſcopus Neapolitanus motus Neapolitanos, ab Aniello excitatos, autoritate & providentiâ ſuâ mollivit, rabioſæque plebis turbas compoſuit. [ Vid. pl. *Schoock* l.2. de Sedit. c.2. & Cluveri Epiſt. Hiſtor. lib. 12. pag. 858.] Groningę cum an. 1662. Schulenburgiana ſeditio arderet, quantum celebris Theologus & Profeſſor Samuel Mareſius, Gallus, & Ioh. Martinus Eccleſiaſtes ad populum leniendum contulerint, ipſemet deprehendi. Debent autem ejuſmodi ablegati

gati Oratores aptâ oratione uti, quę quamvis horrida & militaris animis tamen temperandis appoſita eſt: Illa enim umbratilis ex declamatorum & Philoſophorum ſchola deridiculo erit. De Muſonio Rufo vid. *Tacit.* [ l. 3. Hiſt. 81.) Et falsè Trajanus Boccalinus, cum introduxiſſet Menenium Agrippam Apollini promittentem, aliâ longè lepidiore fabulâ, quàm qua Romanorum animos conciliaverat olim, Belgas cum Hiſpanis in gratiam reducturum, deriſum ab Apolline dicit: Nec enim eandem eſſe animorum humanorum, quæ olim facilitatem; nec non cruentiſſimis Tragœdiis, ultra 50. annos in Belgii theatro exhibitis, ſatiari potuiſſe diram ſanguinis ſitim; parum ergo fabularum levitatem profuturum. ( Dn. *Forſtner.* Hypom. Polit. 7.) Non parum etiam truces animi leniuntur atque commoventur, ſi ejuſmodi ablegatus ſit venerabilis ſenex, qui, canitiem reverendam oſtendendo, ſeditioſos non raró ad obſequium reducit. ( De Arbetione vid. Ammian. Marcell. l. 26.) die alten eiſsgrave Haupter dieſchon

(ſo zu reden) Kirch-Hoffſblumen tragen / haben eine ſonderliche krafft die Gemüther zubewegen. Quin & aliquando per ſequioris ſexus interceſſionem ſeditiones & bella civilia fuere compoſita. De Sabinis vid. Flor. l. 1. c. 1. Cæterùm nolite ô Rerum Domini ! præſidium veſtrum in mobilem ſexum reponere. Es iſt gar kein feſtes ſchloß durch weiber die innerliche Unruhe wieder zuſtillen. Politicus diſtinguat hic inter illud quod *per ſe*, & quod *per accidens* factum, fiat, & fieri queat.

III. Quod ſi per delegatos viros graves nihil profecerint magiſtratus apud turbidos; aliquantiſper patientiâ atque quiete opus, ut deſpiciant, quo evaſuræ ſint turbæ, ita tamen, ut juſte metuentes ſe in omnem eventum muniant, daß ſie ſich in gute Poſtur und verfaſſung ſtellen Norunt Politici, vulgus vento eſſe mobiliꝰ adeoque, quò dies morbo animi eò meliorẽ afferat medicinam, interea temporis variis artibus atq; Politicis ſtrophiis concitatos in ſtatum glorioſi obſequii reducere tentabunt;

būt. Capita ſc. Plebis, Demagogi & Concitatores miſeræ plebis ſunt rurſus conciliādi, promiſſione non tantū impunitatis, ſed etiam donorum aliarumque immunitatum. Concedenda ſunt ea, quæ ſine cunctatione tribui poſſunt, ſeditioſiſque animis adhibenda fomenta, ut pacem ferre velint, Et minore ſpe veniæ creſcit vinculum ſceleris (*Tacit.* l. 1. Ann. c. 25. & c. 46. l. 4. Hiſt. c. 70.) De Bohemis vid. *Cluver.* l. 10. *Epit. Hiſt.* 270. De Anglicani Parlamenti conſpiratione vid. eundem Cluver. l. 12. Epit. Hiſt. pag. 841. Alias ſublatâ ſpe veniæ pertinacia accenditur (*Tacit* l. 4. Hiſt. c. 70. ) iique qui miſericordiam conſumpſerunt, amplius ſperare non poſſunt (*Curt.* l. 6. ) Gladii ubi ſemel cruentati, velamento rupto, & projectâ juſtitiæ curâ, ejuſmodi turbidi palam ſe deſciſcere adverſarique oſtendunt. De Abſalone videantur Sacræ Pandectæ: De Beſſo: vid. *Curt.* l. 6. De Comite Suſano *Forſtner.* in Epiſtol. Polit. pag. 118. 119. Benignitatis pleniſſimam Orationem Franciſci I. Regis Galliæ ad Rupellanos vid. ap. *Sleidan.* l. 15. Comm. pag. 418, 419. Temporum

itaque potius, quàm majeſtatis memor adhibeatur oratio. Eo enim in caſu illud; *Tempori ſervire* ( temporiſiren oder die Mantel nach dem winde hencken ) ab omnibus, qui ad clavum ſedent in neceſſariam praxin erit deducendum, ſi ſalvam velint habere rem publicam, da muß mann fünff offt gerade ſein laſſen. Omnis ambitus, prenſatio, ſuaſio, admonitio, pollicitatio, ſimulatio, atque aliæ occultæ artes in iſto rerum ſtatu ſunt plus quàm licitæ, imò ad Politicum, primum, ſecundum, tertium, quartum, quintum Evangelium ( ſi Theologicum Sacroſanctum nomen ad Politicum ſenſum ita trahere liceat ) & plus ultra pertinent. Tenaces Catones, & fraxinea capita, qui, ut claudi pilam, ſuam ſententiam mordicus retinent, hic plane contemnendi; Politici Cicerones verò laudandi proſunt, qui ſi directâ via in portum tranquillum navem reipublicæ collocare nequeunt, obliquo curſu in portum proficiſcuntur, modo navim à procellis & fluctibus impetuoſis tutam & incolumem præſtare poſſint: ſi

directa

directa via non poſſumus iter propoſitum abſolvere; per ambages etiam illud perficere licet; unde Saxonum Inferiorum proverbium eſt: **Een gut weg umme / iſt keine Krumme.** Quamvis porrò cauti magiſtratus in ejuſmodi turbis Tribunos, (qui ſemper ſeditionum flabra & multitudinis ſeductores exiſtere ſolent) rurſus ad ſanam & quietam mentem adeoque in ſuas partes rurſus pertraxerint; tamen ad motas turbas facilius componendas interdum, ſi res & neceſſitas (ineluctabile illud Politicum fatum) expoſcit, concedendum quoque aliquid plebi, temporique præſenti obſecundandum: **Lieb und Noth hat kein Gebott**; Neceſſitasque eſt ex-lex ita tamen, ut tantum det leges, non vero accipiat. Neceſſitas citadellas ſubigit ad deditionem, quæ tamen invictæ credebantur. **Noth bricht auch Eyſen** (vid. c. Remiſſionem. Cauſ. 1. qu. 1. l. 7. §. 3. D. Quod vi aut clam. l. 162. de R. I. c. Quod non eſt de R. I.) Dum vero caſum neceſſitatis hic inculco, perſpiciendum eſt magiſtratui, ne majeſtati aliquid

ſub-

ſubducat; nec etiam præfracto & duro ſit erga plebem tumultuantem animo. Periculoſa hic eſt ſeveritas, & nimia largitio è contrario flagitioſa, ſemperque in ancipiti eſt reſpublica, ſive nihil ſeditioſis, ſive omnia concedas. Poſterius ſi ſequaris, etiamſi non omnia concedas, ſed tantum multa; ejuſmodi turbidi homines ulterius multa expoſcent, quamvis ſciant ſe repulſam paſſuros (Confer. Tacit. l. 1. Ann. c. 36. & l. 4. Hiſt. c. 19.) Mit einem Harbreit iſt ſolchen Leuten nicht gedienet; gibt mann Ihnen aber einen Finger breit / ſo wollen ſie gern ein Hand breit haben; Ja es ſuchen ſolche Leute nicht allein die breite der Finger und Hand / ſondern auch / wenn es möglich were die Länge des Armß / ſo allein den königen Fürſten und Herrn zuſtehet. Iuxta illud: *An neſcis longas Regibus eſſe manus?* Cæterùm hæc promiſſa, quę turbidis hominibus fiunt, non ſunt pura, ſed conditionata, tum demum ad ulterius conſilium referenda, ſi prius ab armis recedant & decenter

decenter ac humiliter prout ſubditis convenit, ſua gravamina proponant; momodeſtia facilius, quàm pertinacia deſideria ſua impetraturi. Ceſſet ira pauliſper, & abſque diſſenſione vel rerum novarum appetitum, impetrabunt facile ejuſmodi homines quod poſtulant. Obſequio mitigantur imperia: Vbi verò reverentia exceſſit animis, & ſumma imis confundunt ſubditi, vi opus eſt imperantibus, ut injuſtam vim vi repellant; quum alias majeſtas, imperii tutela atque lorica, aut lentam aut ſubitam mortem ſubire habeat neceſſum. Wo kein gebührlicher reſpect unter Obrigkeit und Unterthanen / da verſincket der Regiments-ſtaat / ſtünde derſelbe auch uff eiſſern Mauren. Quod ſi itaque tumultuantes ſubditi togati aut ſagati planè in ordinem; Gigantum in morem, ſuos à Deo præpoſitos magiſtratus redigere impie occipiāt, expedit ancipiti periculo, etiam paratę neci, caput potius objicere, quàm majeſtatis deminutionem atque detrimentum perpeti. Potius moriendum in hoc cala-

mito-

mitoſiſſimo rerum articulo, quàm exlegi ſubditorum licentiæ ſuccumbendum Conſtantiæ ſcutum modo opponatur ſeditioſis, & dimidium, imo totum facti, qui ita bene cæpit, habebit, periculique certiſſime imminentis cordata admonitione motus componentur; uti egregium extat exemplum in Actis Apoſtolorum. c.19. v.35.& ſeqq.Cum Spckhaniana odioſa,improba contra patriam cauſa ante annos non adeò multos Bremæ ferveret, ac res ad ſeditionem ſpectaret,plebſque jam curiam invadere cogitaret, quomodo tum Nobiliſſimus Syndicus Dn. Iohannes Wachmannus periculum præſens heroicâ ſolertia averterit, Bremenſes norunt,quod aliquoties ex fide dignis eorum Civibus Literatis audivi. Dn. *VVachmannus* ille *verè VVachmannus*, id eſt, pro ſalute Reipublicæ Patriæ vigilans,imò vigilantiſſimus,

IV. Seditione in aliquâ re publicâ exortâ, quantum à *male-contentis* [ ut ſic dixerim ] ineuntur contra legitimum magiſtratum nefaria atque diabolica conſilia, imprimis Rerumpublicarum

domini,

domini, & moderatores; provideant ; ut magiſtratus per exploratores & delatores etiam minima eorũ cognoſcat: Exactiſſima hic à magiſtratu præſtanda eſt diligentia. Subornandi itaque ſunt homines fidi, qui ſeditioſorum cætui ſe miſceant, frontem ex tempore fingentes in ſpeciem cum illis conſilia conferant conjurationis ſtudium ſimulent, eos adeant, bene polliceantur. Horum relationibus quamvis non ſit ſimpliciter ſtandum, tamen ad melius in omnem eventum ſe muniendum inprimis conducunt. Egregium in rem præſentem eſt in Sacris Literis exemplum de Chuſai 2. Sam. 16. add. *Tacit.* l. 2. Ann. c. 40. l. 2. Hiſt. c. 18. Etiam levia indicia de ſeditioſorum conſiliis non ſunt à magiſtratu contemnenda, neque pro re nauci aut nihil habenda. In Catilinaria conjuratione Cicero indicium Fulviæ meretricis, & corpore quæſtum facientis, minimè ſprevit, ut ex Salluſtio patet. Nulla ſuſpicio nullus autor tam levis in hoc rerum articulo exiſtit, à quo non magiſtratus ſibi cavere diſcat, Herus, Davus, an Euclio aliquis loquatur, nihil hic refert

Die

die Reichs-Sicherheit verachtet auch die allergeringſte warnung nicht/und Mercurius kan kein angenehmer Opffer bringen/als Zungen. Quum Datami nunciatum eſſet, quoſdam ſibi inſidiari, qui in amicorum erant numero, de quibus, quod inimici detulerant, neque credendum, neque negligendum putavit (*Corn. Nepos* in Datame pag. 223.) Quum de ſalute Regis timetur, credulitas neque error eſt, neque culpa, ſed inſignis & catiſſima prudentia; vanaque deferentes etiam admittendi (add. *Curt.* l.6.c.8.) Tiberius, ambiguus pudoris ac metus, in tali rerum articulo, modo nihil ſpernendum, modo non omnia metuenda reputavit. (*Tacit.* l.2. Ann. c. 40.) Nero etiam Epicharin in cuſtodia retinuit, ſuſpectante Nerone, haut falſa eſſe, etiam quæ vera non probabantur. (*Tacit.* l.15. Ann.c.51.) Laurentius Medices prudenter dixit. Nullam ſuſpicionem ſuperfluam putandam, quæ vitæ Principatuſque ſalutem reſpiceret (*Loccen.* ad p.6. Curt.c.8.) Nam levibus momentis ſumma verti conſtat, & vel unius inſidiis patere Regẽ. Ergo Clau-

dio nulla adeo ſuſpicio, nullus autor tam levis extitit, à quo non mediocri ſcrupulo injecto ad cavendum (*hactenus benè*) ulciſcendumque (*malè*) compelleretur (Suet. in Claud. c. 37.)

V. Fortaſſis etiam conſultum erit [aït Illuſtris Dn. *Forſtnerus* l. 4. ad Tacit Annal. ) virum autoritate præſtantem, bonum, prudentem, multitudini turbidæ in ſpeciem ducem ſe præbere, qui pro imperio cædes, rapinas, & cætera ſeditionum mala ſaltem mitigare poſſit. Ita A. C. 1548. gravis tumultus per univerſam Aquitaniam fuit; cumque ſeditioſi in urbe Burdigalâ Georgium Chaſſanæum Curiæ Præſidem, virum gravem, & qui gratia apud plebem plurimum valebat, ſibi Ducem per vim ſumpſiſſent; ille arreptâ ſenſim autoritate bonos cives, quaſi etiam in ſocietatem adſcitos, multitudini ſeditioſæ immiſcuit; ut hoc modo rapinæ cædeſque cohiberentur, & perditorum hominum audacia refrænaretur. Quamquam autem non diu fallebat Chaſſaneus: tamen ille, in quamlibet frementes, imperatoris jure uſus, præcipuos ex ſeditioſis, captatis occaſionibus, quaſi dicto minus audientes,

per commilitones confodi juſſit. Ita paulatim per quatriduum, deſæviente furore, motus utcunque ſedatus eſt, donec Momorantius, à Rege cùm exercitu miſſus, ſeditionem ulturus, veniſſet, atque omnia, pro ea, quam ampliſſimam obtinebat, poteſtate compoſuiſſet. [ *Thuan.* l.5. Hiſt. ] Cæterum ejuſmodi viri gravis autoritas non facit Politicam regulam omni exceptione majorem, ut videre eſt in exemplo Iohan. Stephani Durantii quod fuſe Thuanus Galliæ Livius, [ lib. 95 Hiſt. ] refert. Is cum Tholoſæ cuncta ad ſeditionem ſpectarent, autoritate ſua fretus, & gratiæ populari fidens, quantum poterat, res mitigabat, & cum quidam urbem jurejurando, Regi præſtito, ſolutam, & Regis imagines tollendas dicerent, ſtatim pro ratione muneris generosè inſurrexit, & acerbè eos increpuit. Tandem, monitus ab amicis, ut receſſu ſibi conſuleret, obtemperare noluit, concurſus multitudinis efferatæ facto, Durantius, quum curru vectus è curia exiret, pæne oppreſſus eſt, ictibus gladiorum curru undique perforato; quod periculum ille reſupino corpore, jacens, & equos per medium conju-

ratorum globum auriga impellente, utrumque devitavit, poſtea tamen miſerè periit. Vid. pl. Thuan. l. cit. Vt adeo *non per ſe, ſed ex accidenti* ſeditiones per immixtionem viri autoritate prępollentis, cohibeantur. Difficulter enim multitudo in ejuſmodi rerum turbido ſtatu mediocritatem in actionibus & conſiliis ſuis tenet; amoreſq; plebis ſunt breves & infauſti. [De Neapolitanis, vid. Guicciardinum. lib. 2. Hiſtor. quo pertinent rythmi Germanici: Verlaß dich auff die Leute nicht/ ſie ſind wie eine wiege: Wer heute Hoſianna ſpricht/ ſagt morgen Crucifige.

VI. Ne autem bellum civile ſerpat latius [ facilius enim inchoatur quàm finitur, ac eſt inſtar ignis, cui ſi ſemel aptam concipiendo materiam dederis, latius graſſatur, prout ventorum flatus impulerint, & ſubjectę materiæ conflagratio induxerit ] hinc ut citius ejuſmodi ignis domeſticus extinguatur, conſiliis prudentum Civitatis Rectorum addendi ſunt doli, ut incentores & duces ſeditionum, ſuis fraudibus circumveniantur & corruant. Injicienda itaque ( conſulente Illuſtri

*Forſtnero* ad l.4. Ann. Taciti *)* ſeditioſis & conjuratis mora eſt, ut ita omnia detegantur, nobiſque muniendi noſtri tempus ſuppetat. Et pertinet huc, quod quidam monet, objiciendam eſſe falſam conjuratis occaſionem, quà alio tempore commodius atque nunc conjurationem explicare ſe poſſe autument. [Vid.plurib.Forſtner.l.c.] Si militaris ſit ſeditio, commodè interdum hoſtis adventus fingi poterit: Videntur quoque turbidi dividi poſſe, ſi ab illis, quorum intereſt, jactetur, quoſdam turbæ inhærentes, minus bene de ſociis ſuſpicari. Sationes ſuſpicionum periculum ſeditionis ſæpe diſcutiunt, quæ eſt nota ars Rectorum Reipublicæ, quando ejuſmodi civilia diſcrimina ingruunt. Inſuper dolus bonus eſt, in ejuſmodi rerum articulis argenteis haſtis pugnare, pecuniaque corrumpere ſeditionis duces, aut qui apud turbidos multum poſſunt. Quin & pauperibus, qui in ſeditioſorum globo ſunt, liberaliter ſuccurrendum, quę largitio atque munificentia tumultus ſedat, ac ſeditiones inhibet, dum ratione crux domeſtica tollitur atque aufertur.

Mann

Mann kan mit Geldt die malconten-ten bald ſtillen und dieſelbe durch ſol-che. Plutoniſche Mittel gleichſam durchs Fewer iagen. Quicquid nummis præſentibus,optaveris,eveniet, ac clauſum poſſidet arca Iovem.

VII. Quin & Miniſtri Verbi Divini in ejuſmodi tumultibus ſedandis mirum quantum poſſunt, ſi in ſacris roſtris, aut colloquiis cum turbidis,Numinis metum, infernique æternas pænas injiciant. Sacri iſti Demagogi quid efficere valeant, experientia in Rebuſp. Chriſtianis luculenter teſtatur. Ita in ſeditione Neapolitana, quo plebs in gyrum legitimæ obedientiæ rurſus reduceretur ab Epiſcopo & Clericis inſtitutæ ſunt Proceſſiones, & reliquiæ, quæ putabantur ſanctiſſimæ, per vias fuerunt deportatæ; & quamvis hac ratione non fuerit ſedata ſeditio, tamen non pauci à turbidis ſe ſepararunt. Mart. Schoockius (l. 2. de Sedit. c. 6.) non inconſultum fore putat ſi in Civitate Reformatæ Religioni addicta, edicatur dies jejunii, populuſque ad extraordinaria ſacra hac

rationę

ratione evocatus, edoceatur de obſequio legitimo magiſtratui debito, & quod miſere, juſta Nemeſi Divina, ſeditioſi, eorumque duces perire ſoleant. Si hac via religioſa motus non componantur, omnibus modis curandum magiſtratui eſt, ut diffidentiæ utile venenum inter turbulentos ſpargatur, animique per mutua diſſidia dividantur; quem dolum etiam Machiavellus, ejuſque aſſeclæ non niſi bonum pronunciare queunt. Concordia ejuſmodi ſeditioſorum cum immaniter reipub. ſtatui noceat, vulpinis primum artibus confundenda, quas dein, ſi voto Politico non reſpondeat eventus, Leoninæ inſequi debent. Certè facillimè ſeditioſi diſſolvuntur, & debellantur, ſi modo ſibi invicem diffidere cœperint, & inter ſe committantur atque collidantur. Singulare exemplum eſt in Sacra Scriptura Act. 23. ℣. *6.* & ſeq. ubi orta ſeditione inter Phariſæos & Sadducæos, Phariſæi Pauli patrocinium ſuſceperunt, Tribunuſque Paulum manu militari in caſtra deduxit incolumem. Prodeſt etiam aliquando ſi ſpatium aliquod ſeditioſis detur ad gravamina propoſita attentius

expendenda

expendenda atque conſideranda ; annexâ præteritorum amneſtiâ & impunitate, atque tranquilla omnium bonorum poſſeſſione & fruitione.

VIII. Commendata porrò magiſtratibus ad ſeditioſos & rebelles in ordinem redigendos eſt celeritas, ac feſtinatio, quâ in civilibus diſcordiis nihil tutius, ubi facto magis, quam conſulto opus eſt, & ubi pernitioſior eſt quies, quàm temeritas. (*Tacit.* l. 1. Hiſt. c. c. 33. 38. & 61.) præſertim quum ſeditioſi, poſtquam deliberarunt, mox erumpant, gnari in ejuſmodi conſiliis periculoſius eſſe deprehendi, quam audere (*Tacit.* in Agricola c. 15.) Quam citò Wallenſteinii conjuratio fuerit oppreſſa, vid. *Cluver.* in contin. Epit.Hiſt. p. 797. Quod ſi verò ſeditioſos turbarum pœniteat, & cum ſuperioribus tranſigere, quàm quadrata rotundis & contra mutare præoptent, ablegatos eorum, non tanquam legatos, ſed nudos denunciatores, miſſoſque à plebe (Schlechter dinge von Pöbel abgefertigte) incolumes recipiendos atque exaudiendos melius atque conſultius

ſultius eſſe duco. Secus ſi fiat, cæteri metu pœnæ perterriti, & deſperabundi ultima experiri non dubitabunt, verſumque Virgilii

*Flectere ſi nequeo ſuperos Acheronta movebo*

actionibus ſuis audaciſſimis in praxin deducent, pericula periculis vincere conabuntur, turbas turbis, motuſque motibus jungent. Prudentis itaque magiſtratus eſt rebellium miſſos benigne, oblata amplius veniæ ſpe,ſuſcipere, & virgis haut oſtenſis, comica facie, ad reſtituendam reipublicæ tranquillitatem, cum illis agere,tranſigere, ac, omni violentia ſemota, ad majora incommoda avertenda, tempori obſecundare, cui qui ſervit, pro ſapiente reipublicæ gubernatore habetur, habitus fuit, ſemperque habebitur. (Vid. *Cicer.*l.12.ad Attic.Epiſt.50.) Ad ipsũ vero colloquium delegentur à Magiſtratibus illi, qui ſeditioſis non ſunt ſuſpecti aut inviſi; quique leni plectro linguæ concitatos animos flectere, imo frangere norunt: Hortentur, prius quam aliquod agatur, ad depoſitionem armorum, quæ ſeditioſi ut

Palla-

Palladium ampleċtuntur: offerant ſpem veniæ, modo ab armis recedere, & ad obſequium redire velint; &, ſi fieri poſſit, cunċta, quæ faċta ſunt, per amneſtiam obliteranda eſſe ſpondeant; de qua oblivionis lege vid. Corn. Nepos in Thraſybulo. Prudenter ſe in eo geſſit Ioſephus in ſedandâ Tiberiade ſeditione; Hic enim militibus ſtipatus, poſtquam Tibérienſes poſitis armis obviam ipſi cum uxoribus & liberis prodiiſſent, gratiamque deliċti petiiſſent, primum cum eis expoſtulavit, quod tam ſtolidè fidem datam violarint, deinde pollicitus veniam, ſi decem primates ad ſe mitterent; quo faċto, hi in cuſtodiam miſſi, eaque arte alios poſt alios accipiendo paulatim univerſum Senatum & parem ex primoribus populi numerum in cuſtodiam Tarichæas tranſvexit. Tum reliqua multitudo, ut vidit in quanto eſſet periculo, rogavit, ut tumultus autor Clitus, audax & temerarius juvenis, ſupplicio traderetur; quo faċto tumultus ille ſedatus. (Vid. latius Ioſephum in Hiſtoriâ vitæ ſuæ, & exco *Schoockium* l. 2. de Sedit. c. 7.) Quod ſi tranſigatur cum ipſis Ducibus ſe-

 ditio-

ditioſorum, & ab his populus ad obſequium reducatur, prudens magiſtratus inſolentiam plebis oblivioni mandabit, & quædam ipſi pro tempore concedet, quo majora incommoda averti poſſint. Vnde videmus extremâ neceſſitate, atque juxta temporis articulos multa ſæpe pro Reipublicæ ſalute fieri, quæ alias excuſari haut poſſent. Caveat verò ſummopere magiſtratus, ne aliud per legatos promittat ſeditioſis quam reipſa quoque obſervare decrevit; neque ſentiendum cum iis, qui putant in hoc caſu promitti multa poſſe, quæ poſtmodum, motibus compoſitis, haut ſint ſervanda, adeoque hanc tranſactionis formulam debere eſſe decipulum plebis. Inprimis enim Rectores Rerumpp. fidem religiosè datam, aſtutiâ fraudibuſq; remotis, etiam inimicis & hoſtibus ſanctè ſervare debent. [Vid. pl. *Schoock.* l. cit.] Certè qui ſeducto populo ſpem & fiduciam gratiæ citò abrumpit, ad novum bellum civile properat, bellumque ex bello ſerit.

IX. Quamvis autem ſeditioſi & turbidi, præſertim ſi habeant ducem potentem & illuſtrem cujus libidini obſequentes dira minen-

minentur, & ægre æquiſſimas pacis conditiones admittant; tamen magiſtratus in hoc rerum articulo neutiquam animum deſpondere, quin potius immoti fixique adverſus omnia eò audacius obniti, remediiſque à Deo conceſſis adverſus rebelles uti debent, ne dent in caſum (in die Rápauſe.) rempublicam, Imprimis autem cordi ſit illis metropolis, ſive urbs, unde in cætera regimen. Metropolis (verba ſunt Schoockii) cordi reſpondet, quam ſi ſeditioſis relinquat Princeps, non ſolum extremam prodit formidinem, ſed ſubducit ſibi pariter ſubſidia omnia, quæ talis civitas imperio haut aliter confert, ac à corde per reliquos artus ſanguis & vitalis ſpiritus diſtribuuntur. (Hæc ille l.2.de Sedit.c. 8.) Infelix Carolus I. Magnæ Britanniæ Rex in eo commiſit ingentem Solœciſmum Politicum, quod, Parlamentariis adverſus ipſum inſurgentibus, rebus nondum conclamatis Londinum, totius Angliæ cor & compendium, reliquerit, & in Scotiam ſeceſſerit. Quid ergo mirum, quod Turno abſente domi res fuerint ab adverſariis a-

deo turbatæ atque exulceratæ? Potuiſſet facile à Turri Londinenſi. **im Weſtmünſter**, terrorem oſtentare, & fideles ſubditos Scotos & Anglos eò advocare. Sanè in ea urbe, ubi plebs turbas dare ſolet, oporteret Curiam habere bene munitam, in eaque habere armamentarium, è quo depromi queant arma, in ſpeciem admodum terribilia. Armamentarium curiæ prudenter conjunctum obſervavi Genevæ, & Embdæ in Friſiâ Orientali. Vtantur porrò magiſtratus, qui à ſeditioſis premuntur, non milite externo, qui in vocantium perniciem omnia agit vid. Forſtner. ad lib. 4. Ann. Tacit, ſed domeſtico, quem inter amicos fidos quærere aut colligere poterunt, ita tamen, ut copias militares neque jactent, neque oſtentent, niſi ubi ſuffecerint compeſcendis illis, qui reipublicæ jugulum petunt. Carolus I. Angliæ Rex poſtquam Londinum deſeruiſſet, in vulgus propalari curavit; ſe cum inſtructo exercitu mox adfuturum & diſſipaturum copias, quas Parlamentarii collegerant: Sed dum expectat circa ſe univerſam nobili-

nobilitatem in armis, Regium poſtquam erexiſſet vexillum, adeo paucos afflictę jam ſuæ fortunæ habuit aſſeclas, ut per eos, qui accurrerant, vix vitam ſuam tueri potuerit, notante *Scoock.* (l. 2. de Sedit. c. 8.) qui etiam tradit, quomodo, ſi colluvies plebis coierit, atque imbre ſaxeo curiam, aut alicujus è magiſtratu ædes obruere moliatur, promiſcua plebs diſtrahi poſſit, nempe ſi per miniſtros alios, magiſtratui fidos, in diversâ urbis parte excitetur Strepitus, novo tumultui non abſimilis: ſi ad aliquot portas ſonatibus tympanis, tubiſque, ſimuletur adventus equitum peditumque ſubſidio quaſi miſſorum: ſi in conglobatam multitudinem projiciatur pecunia, quam dum colligit, elabendi occaſio datur, & ipſi turbidi circa hęc miſſilia inter ſe quoque contendunt. Cæterum hæc remedia admodum fragilia, uti & illud de objectione vaſorum vini & fortioris cereviſię: Hac enim ratione homines ventri & gulę ſervientes cum ebrietate furorem, pejorem poſtea magiſtrui futurum, bibere poterunt.

X. Non minimum porro ad ſeditiones componendas confert ( neceſſitate extre-

ma hoc exigente) prę́ſentia ſupremi magiſtratus. Sicut enim iratum mare rupibus & montibus minatur, in molli verò arena facile frangitur: ita emollitur plebs & timore corripitur, cum ſerenam legitimi ſui domini frontem intuetur [add. *Tacit.* l. 1. Ann. c. 42. l. 1. Ann. c. 25. ] iique qui truculenter ſtrepunt, viſo Principe trepidant, præſertim ſi is ſubditis non ſit exoſus, & tyrannicè haut imperet. Horum principum majeſtas ſæpius improborum conatus evertit ( Vid. *Picart.* in obſ. Hiſt. Pol. Decad. 6. Prior. c. 1.) Quod ſi itaque neceſſitas urgeat, eant Principes, & opponant majeſtatem, ceſſuri, ubi Principes munificentię ac ſeveritatis ſummum conſpexerint ( *Tacit.* l. 1. Ann. c 46.) Otho ingredi caſtra auſus atque illum tribuni centuriones circumſtetere, abjectis militiæ inſignibus otium & ſalutem flagitantes [ *Tacit.* l. 1. Hiſt. c. 82.] Alias extra neceſſitatis caſum Principis integra autoritas majoribus remediis ſervetur [*Tacit.* l. 1. Hiſt. c. 29.] Quod enim ſubſidium ſi Imperatorem ſpreviſſent? & majeſtatis è longinquo major eſt reverentia ( *Tacit.* l. 1. Ann. c. 47. )

XI. Quod

XI. Quod ſi culpa alicujus miniſtri tumultus excitat[a],quid tum facto opus?Nullum ad illum ſedandum efficacius remedium, quàm ſi debitas ille det pænas, [a] Verum ſi Principis fuerit vitium,& plebs,miniſtro illud tribuens, arma contra eundem ſumpſerit,permittendus ille error,quando nec vis nec ratio, abſque majoribus reipub. damnis & motibus ſeſe illis audent opponere: Patietur innocentia, ſed abſque Principis culpâ (*Schoock*.l.2.de Sedit.c.15. qui locum Taciti l.14.Ann.c.44.*Habet aliquid* &c.huc applicat.)Seditio veneni inſtar eſt,quod cor impetit, & corporis ſervandi cauſa expedit interdum brachium reſcindere, & furoris ſequi impetum, etſi rationi & juſtitię adverſari videatur.Ita fecit Regina Iſabella, cum inter Cives Hiſpalenſes ſeditio coorta eſſet: Efflagitantibus enim iis, ut Andream Gabreram ſupremum aulę ſuæ Præfectum Gubernatoris Palatii privaret officio,& plura poſcere cupientibus, illa ſermonem abrupit, ſic eos affata: *Quod petitis, jam facere conſtitueram,ite,amovete aulâ præfectum,& reliquos omnes,qui palatiū occupant.*Quo factū

ut ex Reginæ mandato fieri videretur, quod vis potius extorſerat; adeo ut ipſi etiam tumultuantes illud in beneficio & gratia ponerent, qui turrium cuſtodes deinde ex alto dederunt præcipites. Ea ratione ſedatus eſt tumultus, cumque examinatis poſtea accuſationibus, quibus aulæ Præfectum oneraverant, deprehenderet, iniquas illas fuiſſe, eundem in officium priſtinum reſtitui juſſit (Vid. *Saavedra* in Symbol. Polit. 73.)

XII. Quid ſentiendum de ſeditionis pœna? Nec omnes & ſinguli, qui ſeditiones cient, ſunt puniendi: ſed principes & autores, quos appellare noſtra lingua ſolemus die Rädtlinsführer / forſan ex eo, quod ruſtici illi, qui ſuperiori ſeculo rebellarunt, in vexillis ſuis rotam depictam habuerint: (Vid. *Sleidan.* l. 4. Comm. *Zeiller.* Epiſt. 351.) Seditionis autem Principes non præpropere, ſed tempeſtivè, motibus ſedatis, ſunt celeriter occidendi, ut alii ab ejuſmodi plus quam incivili actu deterreantur, Andern zum Abſchew und Exempel. Pœnæ remedium intempeſtivum conjuratos

ratos & ſeditioſos non deterret, ſed magis irritat. Imò non eſt remedium, ſed metus initium. De Iunio Blæſovid. *Tacit.* l. 1. Ann. c. 22. & cap. 38. de Athenarum Duce vid. *Machiavell.* l. 2. Hiſt. Florent. contra quem conjurati, quos comprehenſos morte vel carcere extinguere cogitabat, armata manu potius viriliter mortem appetere, quam vitulorum inſtar ſeſe jugulandos præbere decreverunt. Motibus verò compoſitis concitatores tumultuum civilium meritâ afficiendi ſunt pæna. De Druſo vid. *Tacit.* l. 1. Ann. c. 29. De Gracchis vid. *Flor.* l. 3. c. 14. & ſeqq. Quomodo Burdigalenſes puniti vid. *Sleidan.* l. 21. Comm. pag. 648. 649. De Wollenvvebero Lubeccenſium Conſule vid. *Cluver.* in Epit. Hiſtor. pag. 670. Præter autores vero multitudini, à ducibus ſeductæ, ſolet parci. (*Curt.* l. 6. cap. 1.) De Monaſterienſibus vid. Sleidan. l. 10. Comment. pag. 281. Certarunt olim ſententiis apud Romanos, utrum in autores tantum ſeditionis animadverteretur, an plurium ſupplicio vindicanda tam fædi exempli defectio, quum ſeditio eſſet? Et vicit ſententia lenior, ut, unde

orta culpa eſſet, ibi pæna conſiſteret; ad multitudinem caſtigationem ſatis eſſe (*Livius* lib. 28. c. 26. Cauſam hujus rei duplicem reddit Scipio Africanus apud *Livium* (l. 28. cap. 29.) (1) Populum mare eſſe ſuâ naturâ tranquillum, ſed ab oratoribus pravis tanquam à ventis, concitatum intumeſcere, atque omnis furoris originem penes autores eſſe. [2] Ne ſedata quidem ſeditione populum ſcire, quo amentiæ progreſſus ſit, & quantum mali patravit] [Vid. *Anton. Mattha* de Criminibus l.48. tit. 2.] Eſt autem ſeditioſorum, factioſorum & conſpirantium pæna ultimum ſupplicium (l.5. in fin.C.de his qui ad Eccleſ. confug.) ſedioniſque & tumultus autores gladio puniuntur (l.2.C. de Seditioſis add. inſigne exemplum in Livio lib.28.cap. 29.) Aliam pœnam vide in l. 38. §. 2. D.de Pœnis Vid. accuratiſſimum Iac. Gothofredum ad l. 5. C. Majeſt. Superiori ſeculo anno 1533. capto Monaſterio, Anabaptiſtarum aſylo, Ioannes Rex, Knipperdollingus & Bernhardus Krechtingus Paſtor, ignitis lancinati forcipibus & ad turrim, ſuſpenſi, documento ſunt poſteris, ne quis inhoneſtas

neſtas cupiditates religionis glaucomate obtegat; Extincti Leydenſis cadaver, ferreâ cavea incluſum ad ſummitatem turris Lamberti expoſitum penſile adhuc hodie videtur. Aliud exemplum vid. ap. *Sleidan.* [l. 10. Comm. pag. 292. ] Seditionis, quæ anno 1648.49. Leodii contigit autores fuere Iacobus Hennet & Bartholomæus Rolandus. Quum verò Spanius pagum Lupilian aggrederetur, & Hennet Lupilienſibus unà cùm aliis ſubſidio veniret, & pagani eſſent rejecti, cecidit inter cæteros etiam conſul ipſe Hennet, apud quem reperta eſt clavis argentea inſigne conſulatus, bono utique omine victorum, potituros brevi etiam urbe, cujus clavem jam præcepiſſent. Pridie verò quàm urbem poſtea ingrederetur Princeps Elector de conſule Hennet palam in foro ſupplicium ſumptum eſt, idque propterea, quoniam juraverat; Se vivo non futurum, ut Princeps in urbem intromitteretur. Caput ejus à cervicibus reciſum Portæ S. Leonhardi, quam Principi conſul occluſerat, impoſitum fuit. Eadem pœna haud multo poſt Rolandus, etſi multis deprecantibus,

bus, commune rebellionis crimen expiavit. [ *Brachel.* l. 7. Hiſt. noſtri temp. pag. 482. ] De trucidatione Guiſiorum contra Henricum III. Regem Galliæ conſpirantium vid. Thuanum, & Golnitz. [ in Vlyſſe Gallo-Belg. pag. 232. 233. ] De pœna Grumbachii ejuſq; complicum vid. *Thuanum* [ lib. 41. Hiſt. ]. Hodie qui ſeditionis & proditionis ſunt participes in quatuor partes ſecantur, ſi mares ſunt; ſi fæminæ ſuffocantur [ P. H. O. Caroli V. art. 124.] Interdũ verò caput ipſis priùs amputatur, & poſtea diſſecantur, prout delictum vel majus vel minus eſt. Plura exempla punitæ ſeditionis & conjurationis in additionibus ad h. Tract. afferentur. Vt autem ſeditionis principes meritã pænam luant, prius palam, vel aſtu, capiendi & in vincula conjiciendi ſunt, neque debitum ſupplicium diu differendum, ne diuturno timore oppreſſi nova conſilia capiant. Pœnam autem in loco publico irrogari publicè intereſt, quo cæteri à ſimilibus peccatis metu cognitæ pœnę deterreantur. In ſeditionibus militaribus [ uti olim apud Romanos *Tacit* l. 1. Ann. Lampridius in Commodo,

Amm.

Amm. Marcellin. lib. 24.] rebellionis autores ſolent à commilitonibus ſclopetis trajici atque occidi; quod militari vocabulo *archibugiare, archibuſiren* vocant.

XIII. Quod ſi ingens ſit ſeditioſorum multitudo, præcipui autores pœna ſunt afficiendi. Diſtinctas circa hanc rem orationes Cleonis & Diodori vide apud Thucydidem lib. 3. Schoock. lib. 2. de Sedit. c. 10. Severum admodum & crudele eſt exemplum, quod Carolus Audax Dux Burgundiæ an. 1468. exercuit in Leodios. Hic Carolus Leodii ſubſtitit, qua in urbe occupatâ nullum genus atrocitatis prætermiſſum fuit. Crudeliter enim multa geſſerant & effrenati Leodienſes in Burgundiones jam inde ab avo Caroli, ruptis omnibus pactionibus, & quintus hic erat annus belli, quod cum eis gerebat. Et quanquam Pontifex Romanus eis interdixerat ſacris, propter contumelias Epiſcopo factas, pergebant tamen in ſuâ inſaniâ, contemptis omnibus edictis *&c.* Antequam Carolus urbe diſcederet in vicinam regionem Francemontanam, captivi omnes magno numero in flumen præcipitati

ſub-

ſubmergebantur. Mandabat etiam, ut urbs exureretur tota *&c.* Primum igitur omnium reſcinditur inſignis pons lapideus, qui Moſam conjungit; Poſtea ad oram fluminis incenſa ædificia, & fere tota urbs, exceptis templis, incendio deleta. (vid. pluribus Cominæ. l.3. Comment. ſub fin.) Cæterum talis crudelitas eſt inviſa Deo ſummè miſericordi, qui juſto judicio ejuſmodi crudelitatem crudelitate compenſat; quemadmodum & ipſe hic Carolus memorabili morte ad Nanceium in Lotharingia periit, ut videre eſt apud eundem Cominæum lib. 10. Conſultius itaque eſt, ut, ſi à plurimis ſeditio ſive civilis, ſive militaris, excitata ſortitione in quoſdam animadvertatur, ut videlicet metus ad omnes, pœna ad paucos perveniat (vid. *Ciceron.* in Orat. pro Cluentio. *Veget.* l. 3. de Re milit. c. 4.) Pœna enim quum ibi conſiſtere debeat, unde orta culpa eſt; ideo hoc caſu, in quantum fieri poteſt, in pauciſſimos debet animadverti: Paucorum culpa ſi eſt, duorum pœna ſufficit (add. *Tacit.* l. 1. Hiſt. c. 84.) In militaribus ſeditionibus apud Romanos & alias gen-
tes

tes decimatio, viceſimatio, & centeſimatio fuit uſitata (vid. *Liv.* l. 2. Hiſt. c. 59. *Tacit.* l. 3. Ann. c. 21. l. 1. Hiſt. c. 37. l. 14. Ann. c. 44. *Dio Caſſ.* lib. 41. *Diod. Sicul.* lib. 11. Biblioth. *Polybius* in lib. de tribus Politiis. Iulius Capitolin. in Macrino.) Singulare exemplum habet Strada ad ann. 1578. ubi ex unâ legione ſeditioſa ſub Iohanne Auſtriaco 12. ſeditionis autores protrahuntur ad ſupplicium; ex his autem militari ſortitione ſecernuntur 4. ex quibus eodem fortunæ arbitrio 4 neci adjudicantur (tot enim plecti Auſtriacus mandaverat) variarum tamen ambitu nationum, pro ſingulis deprecantium, duobus è mortis confinio liberatis, ad duos denique ſupplicium fortuito contractum eſt. Sed horum altero, veteri ſanè milite fidóque ad eum diem, dum ad necem cum ignaviſſimo compoſitus, cicatrices oſtendens, ac merita non falſo commemorans, raperetur; exorta omnium commiſeratione, nobilibus aliquot Hiſpanis deprecatoribus condonatur: una demum hoſtia ſcelus & omnia expiavit, ſeditionémque compreſſit (vid. *Famian. Strada* lib. 9. Decad.

Decad.I.) Guſtavus Adolphus Rex Sueciæ, cum in caſtris tres millenariæ legiones (Regimenter vocamus) ob non ſoluta fortè ſtipendia tumultuari cœpiſſent, diſſimulando velut neſcius, pro concione ante tabernaculum vocavit inermes, aliis omnibus præmonitis, ut cum armis adeſſent, hoſque coronâ cingerent. Expoſitâ turpitudine delicti, velut moderaturus pœnæ rigorem decimare ſorte ad ſupplicium ſontes juſſit, ut trecenti è ternis millibus in pœnam capitis legerentur: tum illachrimante toto exercitu ad pœnam tantorum, quaſi aliquid in gratiam omnium facturus, è trecentis triginta viros iterum ſorte legit: Verum ne hic quidem judicium ſtetit: Nam intercedentibus ex compoſito primariis belli adminiſtris, humiliter deprecantibus, non denegavit, quin ad tres tantum pœna redigeretur, metus ad omnes (*Gockel.* de Regib. Europæ. c. 18. n. 46.) Hæc conſuetudo decimandi milites à Chriſtianis bene recepta, quo paucorum morte ſeditionis macula expietur, & ut plurium culpa paucorum duntaxat ſuppli-

cio

cio luatur. Æquum eſt (ait Auguſtinus qu. 8. in Ioſuam,) ut minor pars pro majori ſupplicium luat, ut in hiſtoriâ Achanis contigit. In acie pauci ceciderunt, & univerſa multitudo eſt abſoluta. Plutarchus (lib. de ſera Numinis vindic.) in rem præſentem ita: *Si quid communiter ab omnibus militibus peccatum eſt, imperatores multitudinẽ decimant, ut paucorum ſupplicio cæteri abſolvantur; atque ita alter alterius culpam luit.* Hæc ille recte & juſte; quamvis hoc juris ordinarii principiis contrariari videatur. Quicquid de eo ſit, Salus & utilitas publica hic omnem iniquitatem abſtergit. Ipſe Servator noſter Ieſus Chriſtus unus, quamvis innoxius, pro omnibus hominibus moriendo ſatisfecit Divinæ Iuſtitiæ, ac Iudæi ipſi hanc cantilenam in ore habent: **Eß wäre beſſer daß ein Menſch umbracht würde für das volck.**

XIV. Antiquitus, apud Suevos & Francos receptum fuit ſupplicium, ut autores belli inteſtini canem geſtarent [ Vid Dn. D. Cruſſii Tract. de κυνοφορίᾳ] quod ſuppli-

ſupplicium ſub Friderico I. Imp. ſubiit Hermannus Comes Palatinus & alii ob arma Arnoldo Electori Moguntino illata. Hiſtoriam ita verſibus exponit *Guntherus Ligurinus* [lib. 5. de reb. geſt. Friderici:]

*Quippe vetus mos eſt, ut ſi quis Rege remoto,*
*Sanguine vel flammâ, vel ſeditionis apertæ*
*Turbine, ſeu crebris regnum vexare rapinis*
*Audeat: ante gravem, quam fuſo ſanguine pœnam*
*Excipiat, ſi liber erit, de more vetuſto*
*Impoſitum ſcapulis ad contigui Comitatus*
*Cogatur per rura canem confinia ferre;*
*Sin alius, ſellam. Cujus diſpendia pœnæ*
*Ille Palatinæ cuſtos celeberrimus aulæ*
*Non potuit vitare Comes, cunctiſque videndus*
*Portavit ſcapulis paſſus plus mille latrantē*
*Hanc quoque tunc alii ſimili pro crimine pœnam*
*Suſtinuere decem Comites, totidemque coacti*
*Fœda tulere canes generoſo pondera collo.*
*Cujus inauditæ pœnæ timor altus in omnes*

*Irruit*

*Irruit: ut nullus procerum præſumeret ultra*
*Armata certare manu,ſed pace ſequeſtra*
*Iudicis arbitrio ſua quiſque repoſceret æqui.*

Cæterum hæc pœna non amplius uſitata, &, prout nunc ſunt mores,in turbulentos Imperii Status minimè applicanda.Hodie attendenda conſtitutio Maximil. I. de Pace Imperii Publicâ, ad quam ſcripſit celeberrimus ICtus Practicus Andreas Gailius; & adhuc ęquis mentibus expectamus, qui modus de Statu Imperii in Bannum declarando impoſterum obſervari debeat.Imperator in hoc articulo intendit eſſe (ut ſic dixerim) *Fac totum*; ſed reclamant ſtatus Imperii Illuſtres, Libertativæ juribuſqus quæſitis hoc ipſum repugnare aſſerentes.

XV. Pœnam ſeditioſorum in liberis de qua l.5.C.Majeſt.quã Wiſſenbachius[Diſp. 34. ad Pand. th. 12.] Schockius [l. 2. de Sedit. c. 12.] & alii injuſtam exclamant; Ego cum aliis ex principiis juſti extraordinariis & regulam Rationis Status juſtam eſſe cenſeo, modo innoxii liberi non in corpore, ſed in ære & bonis paternis puniantur, ut alibi latius deducam. An verò conſcii ſeditionis aut perduel-

duellionis etiam ordinariâ pæna affici debent? Certè Protector ſive Invaſor Reipublicæ Anglicanæ Olivarius Cromvvellius pro ludo & joco habuit, leviter & dubie de rebus novis moliendis ſuſpectos tormentis non modò ſubjecit, ſed patibulo quoque adjudicavit; id quod tyrannidem ſapit. Placet autem mihi eorum ſententia, qui non ordinaria, ſed extraordinaria pæna in conſcios & aſſeclas ſeditioſorum animadvertendum eſſe cenſent. Hinc ſępius ex promiſcua turba multi aut relegati, aut ad triremes condemnati fuerunt: Imò aliquando mortis metu incuſſo venia conceſſa. De Demetrio erga rebelles Thebanos vid. Plutarch. in vit. Demetrii. De Iulio Cęſare vid. ipſum Cſar. l.8. de B.G.c.38. de Otone I. Imp. contra rebelles Romanos vid. *Sigon.* 1.6. Hiſtor. Ital. Certè multi ſi ex promiſcua turba ſimplici animo autores turbarum ſequuntur (vid. 2. Sam. 15.) putantque ſe, quod ea, quæ à multitudine fieri vident, agant, delinquere haut poſſe. In vilia ergo ejuſmodi capita haut ſæviendum. Cavendum autem, ne ſeditionis rei turba promiſcua plures numero in exilium pellantur,

tur,

tur. Præterquam enim quod hoc ſit invidioſum, eſt inprimis periculoſum, tam quoad ejectionem è patria, quàm quoad receptionem in patriam. De Marco Coriolano vid. *Flor.* l. 1. c. 22. Similer exules Medicææ gentis, ac Tigurini optimates de Civitatibus dejecti, amicorum & ſociorum copiis atque opibus patriam obſederunt ( Vid. *Bodin.* l. 4. de Repub.) Solæciſmum ergo Politicum in eo Cicero admiſit, quod, detectâ conjuratione, Catilinam, urbe ejecerit, & non in ipsâ urbe oppreſſerit; oprimi illum, quam in patriam armari præſtitiſſet. ( Vid. *Schoock* l. 2. de Sedit. cap. 13.

XVI. Notandum & hoc; ſeditionum hunc eſſe plerunque exitum, ut victores regimen vel monarchicum vel ariſtocraticum, vel democraticum aut magis firment, quod raro & per accidens fit, aut è ſtatu in ſtatum convertant [ Vid. egregia apud *Ariſtot.* l. 5. c. 3. ] Ita civile bellum à Julio Cęſare motum excidio fuit Romanę Reipublicæ, ſtruxitque fundamentum ædificii Imperialis, cui parietes addidit Auguſtus, tectum verò ſuperimpoſuit Imperator

rator Tiberius, ( Vid. *Tacit*.l.1.Ann.)Quod ſi verò in ejuſmodi inteſtinis diſſidiis plebs ſuperior evaſerit, patritii in ordinem rediguntur, ut videre & in Flori Hiſtoriâ Romanâ ( l.à c. 22. uſque ad fin.) Ita an.1408. Wiſmarienſes & Roſtochienſes Senatus autoritatem imminuerunt conſtitutis utrobique ſexaginta viris, qui capiendis conſiliis & rebus gerendis intereſſent. ( Vid.*Crantz*.lib.10. Wandalię.)

XVII. Quid ſentiendum eſt de Lege Solonis, ( quam *Gellius* l.2. c. 12. probat ) quâ eum, qui in ſeditione eſt neutrarum partium, infamia notat? ( Vid. *Plutarch*. in vitâ Solonis. ) Vnde proverbium ortum: *Neutralis non eſt bonus civis*. Bodinus ( l. 4. de Repub. c. ult. ) illam legem civitatibus utilem cenſet præſertim ariſtocraticis & democraticis.Schoockius verò [ l.2. de Sedit.c.14. ] improbat Solonis ſententiam, ſtatuitque, ſi plures medii & neutrarum partium occurrant, hos à magiſtratu contra plebem aut ſollicitandos, aut ſaltem oſtentandos. Sanè ejuſmodi homines ambidextri ad minimum in partes magiſtratus, qui gladium, talis furoris vin-

dicem

dicem à Deo accepit inclinare debent (*Prover.* 24. v.21. & ſeq.) add. Epiſt.Cæſaris ad Ciceron. in iis quæ ad Attic. l.10. ep, 9. *Cicer.* l. 2. ad Famil. Epiſt.16. Ciceronis Orat. contra Anton. ap. *Dion. Caſſ.* lib.44.*Cicer.*l.11. ad Attic. Epiſt. 4. in fin. De Aſinio Pollione vid. *Vellei* l.1. Hiſt. c. 86. Corn. Nepos in vitâ T.Pom.Attici; ex quibus locis patet, quod viri prudentes non facile ſe immiſceant ſeditionibus. Vt enim de Iliade malorum, ad illos, qui nomen ſeditioni dederunt, redundante nihil dicam; Deus ſeditiones execratur & graviſſimè punit. De Korano, Dathane, & Abiramo vid. Num.16. v. 24. & ſeq. add. 2. Sam. 18. v.9. 2. Sam. 2.20.v.21. 1, Reg. 2.v. 41.42. 1.Reg 16.v. 20. 2. Reg.15. unde conſtat omnes turbidos & ſeditioſos tragicum exitum fuiſſe ſortitos: ejuſmodi ergo privati homines, qui ignorant factioſorum aut rebellium animos, neutri parti in cauſa incertâ detrahere, nullaſque partes ſequi debent. Magiſtratus tamen ſuorum favorem ſaltem tacitum ſibi omnibus modis conciliare annitentur, quem ſi conſequi nequeant, ſaltem illum contra turbidos in

ſpeciem jactare poterunt.

XVIII. Quæritur an qui gnarus contra Rempublicam conſpirationis indicium non fecerit, ſit reus criminis læſæ majeſtatis, ordinariaque pæna afficiendus? Iniquum ſanè videtur aliquem immunem à crimine ſupplicio velle adſtringi (Vid. *Bart.* in l. utrum. §. 6. D. de Parricid.) Sed Baldus conſuluit contrarium, & ideo dicit, quod anima Bartoli, & omnium, qui eum ſequuntur, crucietur in inferno. Mart. Gerrat. Laud. in Tract. de Crim. Læſ. Maj. qu. 13. ſimpliciter dicit, quod ſola ſcientia ſubditi puniatur, ſi maleficiũ eſt committentendum in perſonam Principis. Nam præſumitur ab illo ſalus univerſæ reipublicæ pendere, omneſque quacunque ratione, vigilare debere, ut hæc cum ipſo Principe ſalva & incolumis ſit. Hujus ſententiæ aſperitatem an. 1639. expertus fuit Magni Præſidis & Hiſtorici filius Franciſcus Auguſtus Thuanus, quum ſententia Parlamenti Tholoſani ſecuri percuteretur Lugduni nullam aliam ob cauſam, quàm quod non revelaſſet conjurationem, quam magnus ſuus amicus Cincmartius contra

Car-

Cardinalẽ Richelium Ludovici XIII. Miniſtriſſimũ inierat. Gardinalis hic cum minor ipſo Rege eſſet, non immeritò tum in dubium vocatum, an aſperior ſententia mitiori non debuiſſet cedere. Miſerum hunc Thuanum probitas, ſceleri contraria, haut juvit, ſed ſcelus commiſſum ſubticuiſſe ob legum ſubtile nefas, ipſi ſceleri datum fuit: Et quum alias Galli ſint garruli; hic Gallus ſuppreſſa garrulitate commeritus fuit necem. Reperiũtur multi Icti, qui exiſtimant in Proceſſu, contra perduelles puniendos inſtituto, aliquid omitti poſſe, quæ alias ad ſubſtantialia judicii pertinent v. g. ſufficientiam probationis. Sed rectius illud negat Proſper Farinacius, ſummus ICtus q. 118. §. 4. n. 5. Hieron. Gigas in rubr. Quat. in crim. Læſ. Maj. procedatur qu. 5. n. 1. Tiber. Decian. Tr. de Crimin. l. 7. c. 42. n. 9. Vti enim in omnibus aliis criminibus, ita & in hoc requiruntur probationes, quæ non ſolum teſtibus, ſed etiam per torturam fiunt [l. 16. C. de Quæſtion. l. 10. ſ. 1. D. Eod. l. 4. C. Majeſt.) Supplicium de ſeditioſis & conſpirantibus potius interdiu in propatulo, quam noctu ſumendum eſſe

ratio eſt,quia animadverſiones,quo notiores ſunt plus ad exemplum emendationēque ſufficiunt. Hic etiam notandum,quod à ſeditionis & perduellionis pæna gladii hodie in multis locis recedatur;dum rei ad locum ſupplicii raptantur, ignitis forcipibus lacerantur, ac in quatuor partes diſſecantur. Sie werden zur Feim Statt geſchleiffet / mit glüenden Zangen Zerfetzet und geviertheilet. [Cardin. *Tuſch.* Concl. 12. num. 1. Vol. 5. Lit. M. *Dambuder*. Prax. Crim. c. 62. num. 6.] ſimul in locis eminentibus territorii, ubi deliquerunt, appenduntur. [*Clar.* l. 5. ſent. §. Læſæ Maj: num. 8.] Quod ſi verò ſeditio per amneſtiam compoſita, ac venia generalis à magiſtratu ſemel conceſſa, conſtanter eidem inſiſtere debet Princeps, nec ullam unquam præ ſe ferre offenſionem; ne majoribus conjurationibus anſa detur; uti dedit Ferdinandus Rex Neapolitanus, cum in quoſdam Regni Proceres, quibus jam ignoverat, quique in ejus tutelam ſe receperant, vellet animadvertere [*Mariana* l. 25. Hiſt. Hiſpan. c. 7.] Quod ſi verò poſtea

novum

novum delictum admiſerint, rigidiſſimè eos caſtigare licebit Und kan daß alte mit den neuen wohl vergolten werden Exemplum de Simei vid. 1. Reg. 2. 2. Sam. 19. v. 23. 24.

XIX. Quod rationes coercendi ſeditionis militaris concernit, Dux autoritate, gratia militaris ſcientiæ opinione excellens, ab initio fortiter ſe illi opponat, & quidem magno robore, conſtantia, fiduciâ: Inter minas, ferrum & barbaras voces intrepide conſiſtat; neque tamen ſe temere in diſcrimen conjiciat. De Alexandro M, vid. *Curt.* l. 10. c 2. Conſpiraverant Hungari adverſus Sigiſmundum, armatique regiam intraverant, aut capturi Regem, aut ſi id non ſuccederet, occiſuri; quos ut ante ſe irrumpentes cognovit, accepto pugione in medium progreſſus: Ecquis, inquit, veſtrum, manus in me injiciet? aut quidnam feci; quod me Regem veſtrum occidere vultis? prodeat è vobis, ſi quis audet, & cum ſolo ſolus congrediatur. Eâ voce & audacia obſtupuere conjurati, & ſibi quiſque timens, abiere. (Æneas Sylv. in Com-

ment. addicta Alphonſi.) Ducis, authoritatate apud ſuos pollentis, vel una acerbior vox plus ad perſuadendum habet roboris, quàm longa aliorum oratio. De Iulio Cæſare vid. *Sueton.* l. 1. c. 70.) Etiam hoc notatur contra ſeditiones militares remedium, ut militari aſtu diſpergantur & dividantur milites (Vid. *Tacit.* l. 11. Hiſt. c. 6.) De Druſo vid. *Tacit.* l. 1. Ann. de Ioanne Auſtriaco vid. *Strada* lib. 10. Decad. 1. ad an. 1578. Ad præcavendos militares tumultus Dux providus ſollicitus porro eſſe debet, ut prompte ſtatis temporibus ſolvantur ſtipendia, & ne arctior ſit commeatus. **Friſch Geld / friſch Held / und muß daß** Proviant **immer im Lager ver handen ſein.** Ingentibus laboribus exantlatis dux reficiat & recreet milites, conſoletur etiam mæſtitiam illorum pecuniis elargiendis, id quod mirum quantum valet ad conciliandos militum animos: de Alexandro vid. *Herodian.* lib. 4. & 6. Hiſtor. In promptu ſemper ſit acetum, frumentum, lardum, hordeum &c. qua ratione bene ſubductâ Ambroſius Spinola ad mira-

miraculum uſque omnes obvenientes in Belgio Hiſpanico difficultates unicè ſuperavit. Præſtantiſſimus hic dux toto illo tempore,quod publicis commodis impendebat ſemper curavit,ut affatim cerviſia & frumentũ pro exercitu ſuppeteret, ut omnia generis legumina, carnes ſale conditæ, farina,ſtramen,avena, fænum, & ſimilia in promptu eſſent ; ut dolia,circines , molæ truſatiles, cacabi majores , clibani præparentur;ut deniq; plauſtra,& jumẽta haberentur , quæ tot rebus convehendis eſſent idonea ( Vid. *Gabriel. Naudæ*. l.2.de Stud. Milit. 7. §. 6. ) Quod ſi ærarium ſit exhauſtum, & miles ſtipendia flagitet, privati divites in medium ſua conferre debent.Quod factum tempore belli Punici ſecundi vid. ap. *Flor*. l.2.c.6. De Marco Antonio,contra Marcomannos bellum ſuſcipiente exhauſto ærario vid. Capitolin.in vitâ ejus. De Principe Condæo in Gallia vid. *Aubigne* Tom. 1. Hiſt. l. 4. c. 14. De Leonhardo Lauredano vid. *Schook*. l. 2. de Sedit. pag. 621. Tumultuanti verò militi , quo componant illum , à ducibus præmia dari ſolent; quæ ſi ad manum non ſint, creditori-

bus ſpes fiat exſolvendi æris alieni è publico, quod miles contraxit. De Alexandro M. vid. *Iuſtin*.l.12.c.11. Sed ſi neque ſtipendium, neque quod præmii loco detur, duci ad manum ſit, prædæ ſpe miles debet ali. Cavendum etiam, ne inter milites & ſocios, & ne inter cives & milites ſeditiones oriantur. Prohibendi itaque ſunt milites, ne ſocios deprædentur, neque bellum quaſi patriæ inferant, &, quaſi ad eam defendam arma capere juſſi eſſent, ſummo ſtudio profligent, pæne omnia hoſtilia in illam exercentes. Hodie proh dolor, quantum ad prædas & rapinas attinet, non aliter, quàm in terra hoſtili, cuncta, quæ murorum ambitu non cincta, diripiunt, pauperculos, Eccleſiarumque agricolas (quibus potiſſimum tuendis invigilare debebant) perſequuntur, inſtar luporum, qui ſi fortè caulas introierint, omnia (niſi impediantur) ſtrangulant. Similiter illi non ſolum mactant, quod ſuæ ſit voracitati ſuffectum, ſed quod cohorti poſſet ſufficere, quatuor viliſſimi enecant furciferi, non pullum, non gallinam, non gallum gallinaceum, quem oculis aſſequi poſſunt

poſſunt in tota,cui inſederint, relinquunt villâ. Quantam verò ſtragem faciant, hædorum,vitulorum, atque agnellorum, alio-rumque tenerorum ac ſaginatorum pecorum,horribile eſt intueri:laniſtas ac macellarios iſtuc advenisſe crederes, tanta illic carnificina conſpicitur. Bene autem & feliciter cum miſerrimis ageretur agrorum cultoribus, ſi his ſaltem contenti eſſent, quæ penes eos inveniunt; ſed illos ad piſces ex urbe deportandos, ad aromaticas ſpecies, atque ad vina peregrina, ad caligas inſuper atque ocreas, minis & verberibus urgent, qui non ſatis habent, unde calceos ſibi liberiſque comparent. Nihilo quippe in tuguriis ruſticorum minores quærunt, lautitias ciborumque copias, quàm in regiâ eſſent aulâ habituri.Hęc Cyclopica eorum ingluvies nunquam ſaturanda,luxus effęminatus in epulis &poculis,ingurgitatio, aſſidua commeſſatio, caſtrenſis eorum continentia eſt. Sed quid dicam de eorum rapinis? Vt primum in pagum aliquem campeſtrem, more turbinis atque procellæ intraverint, primum eorum eſt ſtudium, omnia loca occulta, an quid ibi recondi-

tum ſit, penetrare, clauſaque, niſi præſto adſit, qui continuo aperiat, effringere. Arcas, ſcrinia, ciſtas, cubicula, lectos, caveas, angulos atque receſſus ſcrutantur, & ſi quid ibi, quod ſuos oculos vel pretio vel ſpecie alliciat, invenerint, id compilatum eſt. Non modo autem viriles tollunt veſtes, ſed fœminea etiam non verentur indumenta, atque ornamenta aſportare. Cùm verò tempus emigrandi, movendotúmque caſtrorum inſtiterit, tum verò nihil in domiciliis omnino relinquetur, quod non pecunia redimi neceſſe ſit, non vinum, avena, triticum, non equi, aut ulla armenta, non vaſa eſcaria, aut coquinaria, quæ ſi non eorum voto redimantur, omnia dilapidabuntur, frumenta diſpergentur, dolia conquaſſabunt, pecora abigentur, alibique venundabuntur, aut in domini conſpectu jugulabuntur; lebetes, ollæ, patellæ, cacabi contra ſaxa & parietes collidentur. Ita graphicè depingit exlegem militarem licentiam *Nicolaus de Clemangis* Epiſt. 58. add. *Sleidan.* l. 24. Comm. pag. 788. D. Mengerings Kriegs Belial; Ortelii

Blut

Blut = Angſt = und Thränengeld; Tarrrich Schickard, qui mores belli tricennalis in Germania geſti non ſine gemitibus deſcribunt. Iunge *Philandri* de Sittwald Viſion. Satyr. von Soldaten Leben. *Zeiller*. Epiſt. 18. *Lipſ.* l. 5. Pol. c. 8. & c. 13. Ictus in l. 1. §. 1. D. de Teſt. mil. milites arbitratur dici à malo, quod à nobis arceant. Ego autem eos, ut nunc eſt ſeculum, & mores ferunt, dictos puto à malo, quod nobis inferunt, ait *Limnæ*. Tom. 4. de Iur. publ pag. 377. Ioh. Iovian. Pontanus (l. 2. Amor. pag. 3304.) militiam hujus temporis (quam Eraſmus omnium ſcelerum ſcholam vocat) damnans ita canit:

*Militiæ quondam partes & jura fuerunt*
*Tutari patriæ dulcia tecta ſuæ:*
*A ſociis arcere minas, pepuliſſe tyrannos,*
*Hoſtis & incurſus continuiſſe vagos.*
*At nunc quid bello petitur, niſi præda; nec hoſtem*
*Sed ſocium eſt exſpoliaſſe decus.*

Hodie noſtri milites vano militiæ nomine inania tantum lucra ſectantur, flagitia ni-

mirum hominum, maculæ & vibices generoſi Martis. Nam illi qui in expeditione juſti belli ſunt, in vaporariis deliteſcunt, aut miſeris agricolis inſidiantur, & moleſti ſunt, imò in tranſitu quoque plus damni plerunque amicis & confœderatis dant, quam ipſe hoſtis, imò immaniſſimus Turca aut Scytha dare poſſet. Hi tantum abſunt à veteri diſciplina, quantum diſtat à vitio virtus, ut loquitur Petrus Ærodius (l. 2. Pandect. tit. de Re militari n. 42.) Apud Hubert. Thom. Leodium (in vit. Friderici II. Palat. Capitaneus ſex ferculis contentus eſſe noluit, imò in hodiernis expeditionibus eò audaciæ milites proceſſerunt, ut ne comedere quidem gratis velint, niſi ſingulis Dalerus ſub quadrâ collocetur, ait ſummus ICtus Ioan. *Gryphiander*. (l. 1. Oecon. Leg. c. 15. 39.) Hubertus Languetus Epiſt. 16. ita ad Sydnæum ſcribit: Milites Saxonici noſtra ætate magis ſunt religioſi, & putant ſibi obtemperandum eſſe Chriſto, dicenti: *Alter alterius onera portate*; præſertim cum incidunt in mercatores, quibus loculi ſunt graves pecunia. De licentia militari in

exercitu

exercitu Wallenſteinii vid. *Pappum* in Epit. Rer. Germ. pag. 59. & ſeqq. Licentiæ iſti autoritatem dederunt, Cæſaris ſervitium, patriæ utilitatem & commune bonum vocando, quod commune & permiſſum latrocinium erat. Cum Tilliani Saxoniam, Cæſari adhuc amicam, an. 1624. inſiderent, ſupra modum ſubditos Principum expilarent, Regis Daniæ loca etiam infeſtarent, Rex Daniæ vicinis ſuis Saxonibus ſuccurrere ſtatuit, præſertim cum à Tillio, quem clementer de indignitate rei monuerat, hoc ſuperbum reſponſum accepiſſet: **Haud volare milites in aëre poſſe, locum iis in terrâ dandum.** (*Cluver.* l. 10. Epit. Hiſt. Quam atrociter an. 1630. Cæſareani Duce Gotzio graſſati ſint, patet ex ſcripto Theatro Europæo inſerto, cui titulus: **Paſewalckiſche Schlacht.** Quum Miniſtri Eccleſiæ tum eos ad Chriſtianam clementiam adhortarentur, riſu ſunt excepti, auditæque palam horrendæ ejuſmodi voces: **Was ſolten wir Chriſten ſein? wir ſein lebendige Teuffel/und auch deine Teuffel.** Hinc anno 1631. in

conventu

conventu Proteſtantium Lipſiæ decretum: Cæſareanis exercitibus, qui totam Germaniam prædæ haberent atque ludibrio, non ultra aperire portas urbium, caſtellorum, arcium. Quum dein Sueci rebus Germaniæ ſe immiſcerent, militaris diſciplina ab initio quidem bene obſervata, poſtea tamen collapſa (vid. *Forſtner.* in Epiſt. pag. 81. & ſeqq.) imò tyrannicè in Miſnia & aliis Saxonicis terris ſeſe geſſerunt, ubi adhuc notus eſt antichriſtianus potus der Schwediſche Trunck. Zeiller. in Epiſt. 479. elegans refert carmen Germanicum Friedlieb von Sennfleben/ quem auguror eſſe Ioannem Riſtium, Germaniæ, Horatium, Paſtorem Wedelenſem in Holſatia Regali, ubi verſ. 71. 75. 82. 85. & 91. ita habent:

So gehe der Armen Schweiß und
    Blutt/
  Dem Teuffel in den Rachen/
Ein Frembder muß mit unſern Gut/
  Alſo ſich luſtig machen/
Ja was die Krancken/Armen/Alten/

In

In ihrer Noth noch ſolt erhrlten/
Auch waß man Gott gibt zům Gewinn/
Daß nimbt der ſtolze Krieger hin.
Waß einer hat ſein Lebenlang
Dürch ſeine Müh erſpahret/
Vnd dürch den ſcherwen Arbeits Zwang
Den ſeinen noch bewahret/
Davon Sie künfftig ſolten leben/
Das muß er dieſen Gäſten geben/
Geld muß da ſein nach ihrem Siñ
Vnd ſtärb auch Weib und Kind dahinn.
Den kan ſich erſt der Cavallier
Recht aůff Franzöſiſch kleiden/
Mit Federn/ Binden ůnd Rappier
Stolzirt er den in Freůden/
Ach ſeht doch auff den Röcken ſizen
Galnaůne Schnür und andere Spizen/
Von Gold ůnd Silber aůßgemacht

Die

Die doch der Bawer hat hergebracht.
Die Güldene Spizen ſind daß Blud
Der Armen Vnterthanen/
Die Silbern ihre Thränen Fluth/
Die durch das ſcharffe mahnen/
Den Vielgeplagten abgetrieben/
Daß ander/ſo noch übrig blieben/
Gibt Neſteln/Fütter/Seidendrath/
Vnd waß der Held mehr nöthig hat.
Ey brenn ünd ſchmeüch O ſteinern Herz/
Wo ſoll man künfftig wöhnen?
Der Teüffel wird mit Höllenſchmerz
Vnd Angſt dir wiedrümb lohnen/
Nün dieſelb iſt zü grob getrieben/
Iſt doch den Leuten nichts geblieben/
Alß nür ihr Leben reich von Pein
Soldaten wolt ihr Chriſten ſein?

Certe ejuſmodi exlex militaris licentiæ Siren concitat amicos & ſocios contra ipſos

ipſos milites, anſamque variis dat moribus. Cui malo facillimè obviam iri poteſt ſi [1] ſtipendia militi promptè ſolvantur. [2] militaris diſciplina exerceatur. Kriegs diſciplin iſt eine ſchöne Ordnung aber Geld iſt die Handhabe ; ſive Ordnung iſt eine ſchöne veſte Beſatzung aber Geld iſt ihre Loſung. Sine ſtipendiis militum arma quomodo haberi poterunt? [*Sirach.* 26.1. Cor. 9. v. 7. c. Iam nunc. cauſ.28. qu.1.c. Quid culpatur. cauſ. 23.qu.1.c. Militare. Eod. *Tacit.* l.4. Hiſt.c. 74.] Veneti eo maximè ſubditorum amorem demerentur, quod exſolutis ſtipendiis militem ſuo uti volunt; & conductis tuguriis civium domibus omnino abſtinere. Nullæ proinde querelæ Senatum quatiunt; nullæ populorum ac militum rixæ nulla auditur concuſſio. Imò ſapientiſſimi Veneti ſtipendia illorum militum, qui in bello ſe ſtrenuè gefferunt, etiam ad liberos propagare ſolent, ut notat Freinsheimius [ ad Curt.l.10.c.4.in verb: *Defunctorum liberorum &c.* add: *Iuſtin.* l.12.cap.4.] Hoc fideliter etiam ſervant Potentiſſimi

Ordines

Ordines Generales Fœderati Belgii. Reges verò & Principes belligerantes hic deficiunt; atque hinc illæ lachrymæ! De Hiſpanis vid. *Strada* Decade priori. Hinc prætexere ut plurimum ſoliti, ſibi non ſoluta eſſe ſtipendia, illa ab amicis & ſociis exigere ſolent, quos alias tueri deberent. *Schoock*. l.2. de Sedition. cap. 16. pag. 626. 627.] Durante bello tricennali in Germania Mansfeldius [ forſitan ad exemplum Hiſpanorum ] primus exemplum prodidit provincialium copiis ſuſtendandi militem, quod poſtea in juſti prope moris imitationem acceptum non invitis Principibus, ſi bellum ſeipſum alere poſſet; eoque rem militarem, quæ hodie obtinet, deduxit, ut legitimum bellum à latrocinio nil niſi armorum cauſa diſtinguat. Quod exercitium diſciplinæ militaris attinet, laudem in eo omnibus inter Chriſtianos præripit Magnus Guſtavus Rex Sueciæ. Ita cum ann. 1632. prædictus Rex Germanos milites licentioſos graviter redarguiſſet, inter cætera addendo, quod illorum exlex licentia miſerorum querelas ejuſmodi excitent: der König iſt kommen

unß

unß mehr zu quälen alß zu hegen und zu verthätigen ; magna pars militum lacrymis emendationem Regi promiſit. Finita oratione, Regi ante mercatoris caſtrenſis ( Murcketenters ) tugurium monſtratæ vaccæ furto ablatæ. Tum verò Rex incandeſcens & irâ percitus ipſe hunc mercatorem crinibus arreptum ad juſtitiæ militaris executorem deduxit, dicendo: Komm mein Sohn/ es iſt beſſer/ daß ich dich/ den Gott umb deinet willen meine armee und mich ſtraffe ( Vid. *Theat. Europæ.* ad dict.ann.) Quod exempla antiquiora attinet, Peſcennius Niger militem ob gallinaceum; Carolus Burgundius ob gallinam ereptam ultimo ſupplicio affecerunt ( *Gryphiand.* l. 1. Oecon.Legal. cap.15.num.112.) Temir. Chan. ſive Tamerlanes Scytharum Dux exercitum eò uſque continentem habuit, ut caſtra ejus ſemper plena eſſent mercatorum, abundarentque omnis generis rebus. Fama fert illum gregarii cujuſdam militis, qui vendenti mulierculæ lac furatus eſſet, ſtatim gladio per pectus demiſſo, viſcera aperiri

periri juſſiſſe, è ventriculo excuti lac nondum coctum. Milites porrò ſive in caſtris ſive in urbibus aut arcibus obſeſſi, ſi ob famem tumultuentur, duces & gubernatores ſeſe fortiter opponere debent, exemplo Conſulis urbis Leidæ, quæ an. 1573. ab Hiſpanis obſeſſa plus quàm Saguntinam famem ſuſtinuit. (Vid. *Boxhorn.* in Theat. Holland.) Quod ſi hoc ſit fruſtraneum, neceſſitati parendo, potius deditio facienda, quàm ut tot ſtrenui milites fame conficiantur, ut noſtra ætate Rupellæ in Gallia, & Briſaci in Alſatiâ factum; idemque Ordines Fæderati Belgii an. 1625. quum Spinola Bredam obſidens fame eam ſubigere poſſet Gubernatori, ut honeſtis conditionibus deditionem faceret, injunxerunt. (*Schoock.* l. 2. de Sedit. c. 16.)

XX. Quum Principes & Reges perpetuo quaſi conjuratorum inſidiis ſint expoſiti & circumvallati (Vid. *Curt.* l. 9. c. 6. *Vopiſc.* in Saturnino p. 715. *Zeiller.* Epiſt. 23. *Schoock.* l. 2. de Sedit. c. 17. ut patet ex multis Imperatorum & Regum Galliæ & Hiſpaniæ exemplis) qua ratione illas conjuratorum inſidias evitare poterunt? Vid.

*Lud.*

*Lud. Septalium* de Rat. Status l. 2. cap. 7. *Campanellam* c. 17. de Monarch. Hiſpan. *Machiavellum* Diſſert. ad Liv. c. 6. Dolendæ certè ſunt Regum & Principum vices, quod, quum alii, quibus obſequii gloria relicta, ſecure vigilare ac dormire, panemque ſub ficu ſua quietè & pacificè comedere poſſint, magni Homines, quorum capita diademate & corona ſunt redimita, quique dextrâ ſceptrum, ſiniſtra gladium tenent, inſidiarum pericula ſubterfugere nequeant. Aliorum Regum exitus ſi reputaveris, plures à ſuis, quam ab hoſte interemptos numerabis: Gladii & tela cervicibus imperantium impendent, imminent haſtæ undique, undique ſpicula, ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites & amici formidantur. Philippus in acie tutior, quam in theatro fuit; hoſtium manus ſæpe effugit, ſuorum effugere non valuit. De Franciſci I. Galliæ Rex filio, & Richardo Archiepiſcopo Trevirenſi vid. *Sleidan.* (l. 8. Comm. pag. 212. & lib. 10. p. 292.) Pauciſſimos Pontifices à Gregorio VII. numeros, qui non veneno ſint interempti, aut ſaltim ſuſpicione veneni diſceſſerint.

De Eduardo R. Angliæ vid. *Sleidan.* lib. 25. Comm. *Chytræ* lib. 11. De Eliſabetha Angliæ Regina vid. *Cluver.* 10. Epiſt. Hiſt. pag. 696. In villa S. Clavi prope Lutetiam apparet monimentum Henrici III. Regis Galliæ, cui inſcriptum:

*Adſta viator & dole Regum vicem:*
*Cor Regis iſto conditum eſt ſub marmore,*
*Qui iura Gallis, iura Sarmatis dedit.*
*Tectus cucullo hunc ſuſtulit ſicarius.*
*Abi viator, & dole Regum vicem.*

Henricus IV. Rex Galliæ duo regna protegere potuit à vi & inſidiis externorum hoſtium; ipſum ſolum ne duo quidem regna contra inſidias domeſticas. Vnde Ovvenus, Angliæ Martialis, ad Henrici IV. dictum: *Duo protegit unus:* ſic alluſit:

*Gallorum Rex regna, inquis, duo protegit unus?*
*Protexere tuum nec duo regna caput.*

Henricus VII. Imp. Lucelburgenſis, cum graviſſima obſidione Florentiam premeret, à Monacho quodam Prædicatorii ordinis Ioanne Politiano Senenſi, ſub ornato à Florentinis, extinctus eſt veneno, quod miſſali hoſtia toxico oblita, ei dede-

rat

rat monachus in oppido Bonconvento: Ei ſymbolum adſcribitur : *Calix vita eſt mihi calix mortis.* Hinc venenum ei non in hoſtia, ſed in calice oblatum fuiſſe, aliquorum ſententia eſt:At hodie in Euchariſtia Calix benedictus denegatur omnibus excepto Rege Galliæ , qui bis calice dignatur in S.Cæna, nempe die coronationis & die mortis ( *Bronckhorſt* ad Danæi Aphor.Polit.ex l.2.Ann.Taciti.Aphor.34.) Et ut alia exempla prætercam , de Rudolpho II. & Matthia Imperatoribus, modernus Auguſtiſſimus Imperator Leopoldus, Imperii S O L , aliquoties ( ut fama volubilis retulit) antichriſtianis expoſitus fuit inſidiis. Deus O.M. tam Sacratiſſimum Principem ab omnibus cuculligeris & non cuculligeris inſidiatoribus, Patriæque proditoribus clementer conſervet ! Nullæ verò ſunt occultiores inſidiæ , quam quæ latent in ſimulatione , & prætextu officii ſolennis,ficto obſequio, fictâ fronte , crocodylinis lachrimis , ut eum , cui inſidias tendunt , nihil tale expectantem perdant. De Nabarzane Darii inſidiatore vid.*Curt.* lib.5.Dion circumventus & interfectus eſt

à Cal-

à Callicrate ſimulatione officii. Ioab Abnerum interficit ſimulatione blandę ſalutationis. De Voculâ Treviris degente vid. *Tacit.* l. 4. Hiſtor. Sed quænam remedia contra inſidiatorum inſidias? Præſentiſſimum omnium & maximè ſalutare eſt Divina Protectio [Vid. *Gregor. Richter* Axion. Polit. 117. *Piccart.* in Obſ. Polit. Dec. 12. c. 7. Cum Alphonſo Arragoniæ Regi à Coſmo Florentino, non mediocriter ei infenſo, Livii ſcripta [quæ veneno infecta credebantur] mitterentur, Livium manibus contrectans, hinc indeque legens & relegens quaſdam hiſtorias, ad ſuos converſus ait: An ignoratis Regum animas non privatorum libidini ſubjectas eſſe, ſed ſub curâ Dei ſecuras & lætas agere? [*Ioh. à Chockier*, Lipſii diſcipulus, l. 1. Theſaur. Politic. Aphor. c. 1.] Carolum V. Imp. depinxerunt dormientem, & Chriſtum abigentem illi muſcas; quod fecerunt in ignominiam eorum, qui Imperatori ſtruxerant inſidias, quæ tamen divinitus impediebantur [Philip. in Loc. Comm. Manlii pag. 20. [a] Cum idem Carolus V. Imper. ad Granatam in Hiſpania

[a] *Defenſionis neceſſariæ Regium exemplum.*

Hiſpaniæ venationi vacaret, & cupiditate inſequendi feram oblatam, longius à Comitatu ſuo diſcederet; à ſuis relictus diu in denſiſſimis ſylvis vagatus eſt; &, accedente jam nocte, procul conſpecta paſtoris caſula, citato equo ad eam pervenit, rogatoque paſtore, ut ſibi apud eum diverſari eâ nocte liceret, is omnia benigne pollicitus deſcendere de equo jubet, & tugurium ingredi. Erant porrò domi apud paſtorem ſex numero. Princeps, ubi ad terram equo deſiliiſſet, eumque tradidiſſet opilioni curandum, caſam ingreditur, ac dum tenuis cænula ſibi paratur, ad ignem aſſidet, nihil quicquam ſuſpicans mali. Interea cum ii, qui domi erant, hunc Principem minimè noſſent, neque ipſe, quiſnam eſſet, cuiquam aperuiſſet, illi tamen eum eleganter amictum viderent, opimæ inhiantes prædæ, fæda deterrimaque de illo perdendo conſilia ineunt. Cænâ ſumptâ, dum lectulum in anguſto cubiculo ſternitur, nova nupta filii paſtoris egregii Principis, ſibi ignoti, vicem miſerta, fidem ab illo ſtipulata, ne ſe proderet, illi perdita conſilia detegit. Itaque magno & erecto animo ſtatuit pe-

riculum potius ſubire, quàm fidei,ſive potius perfidiæ paſtorum ſe committere. Quamobrem occluſo oſtio cubiculi, tum in manu ſumptâ bombardâ cæpit intrepidus obſervare, quò res caderet. Paſtor,ubi ſomno preſſum dormire credidit, ſuſpenſo gradu ad oſtium accedit, & cum præter ſpem oſtium interius clauſum offenderet, petit à Principe, ut ſibi oſtium aperiat, ſe velle aliquid ſtraguli ex arcâ promere. Et, quum Princeps aperire nollet; Paſtor verò vehementius quiritaretur, vimque apertam pararet,oſtium amoliretur,& alter è paſtoribus feneſtram tentaret irrumpere, exploſâ bombarda glandis ictu paſtorem ante fores proſternit,& patefacto oſtio paſtoris filium obtruncat, opilionem enſe ſtricto proſequitur, inque fugam coniicit;Iam cæteri alii paſtores raptis undique telis concurrunt, & juvenem Principem, in domo periclitantem,ad cædem depoſcunt. Aurorâ adventante, poſtquam primus ruſticorum impetus deferbuiſſet, Princeps intrepide exit foras, quis eſſet aperit: Et poſtquam minis & majeſtate ſua, ruſticos ut ſe iuvarent adegiſſet, ruſtici tam en eum comprehen-

prehenſum ad vicinum præfectum deducunt; ubi re omni cognita ac manifeſta, opilio & reliqui dignas pænas dederunt, domus flammis conſumpta,& nova nupta, quæ indicium fecerat,præmiis affecta; in magnoque honore apud Principem habita (Philippus in Loc Commun. *Manlii* pag.23. *Richter* Axiom.Polit.117.) Thomas Porcius, Iacobi, Regis Angliæ Penſionarius, & Guido Faux una cum aliis conjuratis an.1605.voluerunt Regem & Optimates una cæde in Weſtmonaſterio tollere; quæ Conjuratio ſulphurea ſive pulveraria vocatur,de qua vid. *Thuan.*l.135. Hiſtor. *Ioan. Cluver*,in Epit. Hiſtor. pag. 615. & ſeqq. ) Dolia enim triginta duo, in iiſque electiſſimi pulveris pondo pæne millia novem curiæ ſuppoſuerunt. Hic impius Thomas ipſe faſſus eſt, quod hoc facere voluerit ſacrorum ſuorum amore ( fuit enim Pontificius ) & meriti gloria. Cæterum Divina favente Clementia detecta eſt illa conjuratio ſagacitate Knevellii & aliorum, parricidæque meritas pænas luerunt. Vid. Ioann. Barclaii Seriem patefacti divinitus parricidii in Regem Regnumque Bri-

tanniæ cogitati & inſtructi Nonis Decembribus 1605. quæ adjuncta eſt Barclaii Euphormioni. Hoc monſtrum horribile, antequam exiret in lucem, rarò Deo beneficio, in partu ſuffocatum. Sceleratiſſimus Ioannes Grant unus è conjuratis ad ſupplicium ductus confeſſus: Generoſi incepti id eſſe meritum, quod pro ſatisfactione omnium ſuorum in omni vitâ peccatorum abunde ſufficeret. Et alter Guido Fauxius cum Scævola Romano fruſtra ſuſceptum doluit; poſtremo: & Deum non dixiſſe, ſed Diabolum truculenta voce teſtatus eſt. Lanſ. in Orat. contra Britann. pag. 561.) Eundem Regem Iacobum ſceleratiſſimum fratrum par, Rethuani Comites, pæne oppreſſit. Cum enim Rex Perthum ire ab Alexandro altero fratre conſultis dolis perſuaſus eſſet, factâ ſpe theſauri, quem nuper inveniſſet, illi exhibendi: prandio ſumpto inermis per aliquot conclavia circumductus tandem in muſæum perducitur, locum lanienæ deſtinatum. Ibi Alexander occlusâ prius januâ, pileoque in caput ſuperbè injecto, è veſtigio armato ſatelliti, pugionem eripit, & Regis pectori admovet, ultimaque

minis.

minis & factis intentat. Rex autem Alexandrum tamdiu luctando ſuſtinuit, donec quatuor ex aulæ familiaribus unus poſt alium intervenerunt, qui conjuratos vel interfecerunt, vel malè mulctatos in fugam egerunt; Rege inde in medio ſuorum in genuâ ſuppliciter procumbente, Deoque pro liberatione tam miraculosâ gratias prolixè agente (P. *Matthæ* in Hiſt. Henrici IV. lib. 3. n. 3.) Hactenus de omnipotenti Præſidio Dei contra Regum & Principum inſidiatores & aggreſſores. Inter humana præſidia omnium efficaciſſimum eſt, ſubditorum amor & benevolentia, ſine qua nullum imperium bene munitum. [ *Cornel. Nepos* in Dione *Tacit.* l. 4. Hiſt. c. 7.] & errat ſi quis exiſtimat tutum eſſe ibi Regem, ubi nihil à Rege tutum eſt: Securitas ſecuritate mutua paciſcenda. Non opus eſt inſtruere in altitudinem editas arces, nec in adſcenſum arduos colles communire, nec latera montium abſcindere, multiplicibus ſe muris turribuſq; ſepire; ſalvum Regem in aperto clementia præſtabit: Vnum eſt inexpugnabile munimentum, amor civium. [*Senec.* l. 1. de Cle-

ment.c.19.*Tacit.*in Agric.c.32.l.11.An.c.10. X.c.24.l.6.An.c.36. *Cicer.*Phil.1.T.3.Orat. p.332. *Herodian.*l.1.c.4.] Magis amor, quàm excubiæ & circumſtantia pila, tutatur; nemoque fideliter illum diligit, quem faſtidit. Immortali memoriâ dignus Eberhardus Barbatus Würtembergię Dux, qui in convivio Principum aliis ſuas opes atque imperia jactantibus , utque idem ipſe faceret monentibus, reſpondit: ſe de nullâ re gloriari poſſe, niſi quod ſine metu in cujuſvis ſui ruſtici, aut civis ſinum ſomnum captare poſſet [*Cruſius* p.3. Ann. Suev. l.7.c.14.] Similiter. Stephanus II. Dux Bavariæ, nullum Bojum eſſe aſſeverabat in cujus ſinu ſolus & inermis tutò dormire non poſſet [*Lanſ.* Orat.1.pro German.p.130.] Alterum humanum præſidium contra inſidias Regum & imperantium eſt, ut per delatores & inquiſitores inſidiæ exploratæ [ quum difficilis res ſit ſilentium & fides in animis tot conſciorum ] detegantur. Certè inimicorum mentem ſcire non minimum aulicæ & curialis ſecuritatis eſt præſidium, dum hac ratione eorum animi vincuntur. [ Vid.pluribus

bus *Septalius* l.2.de Rat.Stat.cap.7.*Campanella* c. 17. de Monarch.Hiſp. *Machiavell.* Diſc.6.ad Livium. *Schoock*.l.2. c. 17. [ Alia humana præſidia contra inſidiatores Regum & Principum largâ manu ſuppeditat Dn. Chriſtophorus Forſtnerus in aureis ad Tacitum nobis.Et ſolent Imperantes quoad inſidiarum indicia etiam admittere leves & infames homines exemplum Claudii Cæſaris ſequentes [ Vid. *Sueton*·in Claud.c.37. add.*Cure*.l.6. cap.7. Amm.Marcellin. l.22. pag. 399.] Cicero etiam ſcorto credidit de conjuratione Catilinæ , additque in Orat. 3. in Catilin : *Ego non arbitrabar in tantis reipubl. periculis mihi eſſe nimiam diligentiam pertimeſcendam.* Laurentius Medices prudenter dixit : Nullam ſuſpicionem ſuperfluam putandam , quæ vitæ principatuſque ſalutem reſpiceret. ( Vid. *Loccen.* ad lib. 6. Curt. cap. 7. ). Die Reichs = ſicherheit verachtet auch die allergeringſte Warnung nicht / und kan Mercurius kein angenehmer Oepffer bringen als Zungen

De

De Regum & Principum cuſtodia, præguſtatione cibi & potus, item uſu medicamenti, quo venena prohibentur, alias agunt Politici. Sic ſtet in littore puppis.

SOLI DEO OPT. MAX. GLORIA.

*FINIS.*

A01 1455086

Digitized by Google

Digitized by Google